Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-773407-p0001-8

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Lca. 6.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-773407-p0002-4

ANDREÆ MÜLLERI
GREIFFENHAGII,

DISSERTATIONES DUÆ.

de
Mose Mardeno, una;
de
Syriacis librorum sacrorum Versionibus deq; Viennensi Antiochen Textus Novi Testamenti Editione, altera.

COLONIÆ BRANDENBURGICÆ,
Ex Officina GeorgI SchultzI, Elect. Typogr.
Anno 1673.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-773407-p0003-9

Dissertatio Prima,

de

MOSE MARDENO.

ANnus erat *seculi quarti quadragesimus septimus*, idemque à *Constantini* M. *morte undecimus*, cum videlicet SARDIC in Illyrico *Generale* CONCILIUM à CCCLXXVI. Episcopis celebraretur. *Tripart.* IV. 23.

Illud verò vel inde memorabile est, quòd ab eô tempore *Orientalis* (malum!) & *Occidentalis* Ecclesiæ communio cessarit. *Socr.* II. 18.

Anteà n. *una* erat *Ecclesia*, quæ à tot hæreticis infestabatur. Pòst intrà *Alpes Succias* ultrò citròque sese ambæ continueruut, seorsimque pugnaverunt. v. *Salmas.* de Primat. Papæ. Jacob. *Gothofred.* not: ad *Philostorgium*.

Hoc non tàm è *Linguarum diversitate* nascebatur, quàm ex *Imperii divisione*, &, quod eam sequebatur, *Schismate*. Maximè verò & *Arianorum* fraude.

Schisma illud posteà perdiu fovit controversia Grammatica de vocabulis *Personæ* & *Hypostasis*. Idem *Imaginarium Certamen* seculo VIII. confirmavit, & seculo XI. alterum illud de *Primatu*.

Ab eô itaque tempore *parum commercii* habuerunt Orientis & Occidentis Ecclesiæ.

Imò mutuis arserunt odiis. Ut, quæ Orientalibus placerent, ea Occidentalibus displicerent. Quod seculo jamtum quarto *Sulpitius Severus* dolebat. pag. m. 429.

Raro autem atque à *paucis* utriusq; Ecclesiæ Episcopis communionis restitutio tentata est.

Cœperant quidem aliquam sub *Sergio IV.* concordiam. *Baron.* 1009. Eamque denuò Occidentalibus offerebant Orientales

sub Leone. IX. Baron. 1054.

Sed cum Orientales retractarent, *Michaël* Patriarcha Constantinopolitanus excommunicatus est Leonis autoritate. *Baron.* l. c. Neque *Michaël* aliter egit. Res nota est ex *Epist. Michaëlis* ad *Petrum* Patriarch. Antioch.

Dissensionum illarum ne hodiè quidem finis est. Nam habuerunt quidem & habent *Romanenses*, suos quoque in Oriente *Episcopos*. Sed vel *nomine* tantùm tales, vel *Latinorum tantùm*, qui ibi consederunt. Ceteri *nunquam Solem Orientem* viderunt. vid. not. p. 16.

Ac valdè mirum est, quod nonnulli adeò consensum suæ & Orientalis Ecclesiæ jactent. Abr. *Bzovius* nempe, Petrus *Arcudius*, Leo *Allatius*, Gilb. *Genebrardus*, Bartholdus *Nibusius*, Athan: *Kircherus*.

Nam consensus ille vel *mentitius* est, vel *incertus*, vel *paucorum*, & hic vel parùm *honestꝰ*, vel *προσκαιρος*, vel *apostatarum*. Ac *dissensum* potius Orientalium dolent, *Thomas à Jesu* VII. 19. Phil. à *S. Trinitate* V. 5. &c. Sed & Lutherani de Consensu Orientis frustrà laborârunt. *Tubingenses* nempe, in eô negotiô, quod cum *Jeremiâ* Patriarchâ *Constant.* instituerant. Quòdq; Patriarcha *Armenus* circà præcipuos fidei articulos idem ferè, quod *Lutherani*, profiteretur *Gerlachio*, tantùm aberat, ut Lutherani haberi vellent Armeni, ut admirabundi ipsum aliosque dimitterent.

Cyrilli etiam *Lucaris*, Patriarchæ Constantinopolitani, Confessio magni quidē fit à *Reformatis*. Sed *Hugo Grotius* longè aliter judicat. *Richardus Feild* toto libro docere satagit, plerasq; Orientis Ecclesias Reformatis *in fundamentalibus* accedere. Ut & *Streso*, Epitomator ejus. Sed vix ulla erit, quæ id ita agnoscat, ut manus det.

Intereà *Fictis* aliunde *Legationibꝰ* atq; *Epistolis* actum est, incertisq; *Confessionibus*. Interpolatis item *librorum sacrorum Versionibus*. Judicet, qui potest de *Gabrielis*, deq; *Matthæi*, Patriarcharum Alexandrinorum, Epistolis, quas ad Urbanum VIII. Pontificem Rom. scripsisse feruntur: de *Abdjesu*, deque *Bartonis*, aliisque *Nestoriano-*

anorum, *Græcorum*, *Armeniorum* legationibus: de *Claudii.* Abiſſini Regis, Confeſſione, deque Novi Teſtamenti Æthiopici editione. De *Abdjeſu* etiam, *Sullakæ*, *Mardeni* noſtri confesſionibus. Etc.

Neq; tamen negamus, qvosdam ex Oriente ſubinde, etiam ut Europæarũ Eccleſiarũ ſtatum cognoſcerent, ſive ultrò veniſſe, ſive miſſos eſſe.

Nunc tantùm, quid de *Moſis Mardeni Syri Negotio* Europæo habendum ſit ex *Epiſtolis* ipſius, atque aliàs delibabimus. Qvod equidem haud inſtituiſſem, niſi noviſſem ea, quæ relaturus ſum, non parum facere ad Hiſtoriam Novi Teſtamenti Syriaci, quod tanti faciunt Theologi noſtri, & pleraque aliunde haberi non potiusſe, niſi è Manuſcriptis illis epiſtolis. Primùm itaque de *Moſe*, pòſt de *Syriaci Novi Teſtamenti editione* dicam. Aç de *Moſe* qvidem ita, uti ſolent, qui *Proſopographias* ſcribunt.

I. Patria.

Quâ igitur *regione* oriundus fuerit Moſes hic, ipſe pasſim teſtatum reliquit. Ad finem quatuor Evangeliorum tradit ſe fuiſſe

ܡܢ ܒܝܬ ܢܗܪܝܢ: ܡܢ ܐܬܪܐ ܕܣܘܪܝܐ. ܠܘܬ ܓܢܒ ܡܪܕܐ ܡܕܝܢܬܐ ܀

ε Meſopotamiâ; & è regione quidem Syriæ, ad latus Mordæ, urbis Sic & in coronide Epiſtolarum Pauli:

ܡܢ ܐܬܪܐ ܕܣܘܪܝܐ ܩܪܝܒ ܠܡܪܕܐ ܡܕܝܢܬܐ ܀

è regione Syriæ propè urbem Mordam. Libro a. *Bethgaza*, quem propriâ manu deſcripſerat, quique jam in Abbatis Sangallenſis Bibliothecâ aſſervatur, hæc quæ ſeqvuntur ſubſcripſit: *Abſolutus eſt auxilio Dei Liber*, *Bethgaza* dictus,

علي يدي موسي الحقير ابن القسيس اسحق

اصحق الصوري من حدود امد المدينة
وماردين في بين النهرين

manu Mosis pauperis filii Presbyteri Isaaci Zuræi è finibus Amadæ urbe Maredin, quæ est in Mesopotamiâ. Ita Mosis verba ex Arabico versa sunt abs Johan. Henr. *Hottingero* Biblioth. Oriental. p. 287. Ego verò sic reddiderim: *manu Mosis pauperis* illius (ita de se loqui solent orientales) *filii Presbyteri Isaaci* Syri, *è confiniis* Amidæ Metropolis, & Maredin, in Mesopotamiâ. Mosis itaq; patria MESOPOTAMIA fuit, antiquitus *Syriæ* ocellus. *v. Curt. VI.* Hebræi אֲרַם נַהֲרַיִם *Aram naharaim* vocant. Gen. XXIV. 10. Latinè *Syriam duorum flumiminum* diceremus. Sic dicta, quòd inter Euphratem & Tigrim sita sit. Indidem Græcis Μεσοποταμία appellata, hoc est, *Medamna*, Prisciano autore, vel potius *Interamna*. Arabibus الجزيرة بين النهرين *Insula inter duos fluvios*, & abbreviatè الجزيرة *Insula. v. Hist. Sarac. I. 21. pr. Act. II. 9. VII. 2. Nubiens. p. 128. l. 19. 21. edit. Arab.* Hodiè Arabibus & Turcis ديار بكر *Diarbech* & rectius Diarbecra dicitur, hoc est, Becritarum Arabum sedes. *v. Hist. Tamerl. p. 92. Joh. Carthwrigth* Itin. p. m. 222. *Olear.* Itin Pers. *V. 5. p. 550.* Nisi quòd alii velint, Diarbecram partem tantummodò Mesopotamiæ esse, alteram *Aliduli.*

Ceterùm quô locô Mesopotamiæ primùm lucem viderit Moses, nullibi, quod sciam, expressit. Tantùm vicinas urbes indicavit, *Mardinam* & *Amidam*, AMIDA Mesopotamiæ Metropolis est. Sita ad montem Gordiæum. *Nubiens.* clim. IV. p. 6. Hodiè à Turcis *Kara hemida* appellatur. *Megis.* Et *Caramit. Brerew. Scrut. p. 92.* Hoc est, nigra Amida. Vel quòd mœnia

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-773407-p0008-7

mœnia ejus è nigro lapide ſint. Vel ob ſoli ubertatem, quod ibi valdè nigricat. *Carthwrigth. l. c.* Notiſſima eſt urbs ex *Ammiano* & *Procopio*. MARDINAM Moſes *Morden* vocat, alii *Mardinam*, alii *Meredinam*. Eſtque celebris urbs in Septentrionalib. Meſopotamiæ partibus. *Brerew. p. 91.* Hiſtoriam ejus ex parte legere licet ap. *Joseph. Barbarum Itin. p. m. 197. Hiſtor. Tamerl.* p. 93. ſ. 222. ſ. Et quoniam natale Moſis ſolum Mardinæ vicinius fuiſſe ex relationib⁹ ejus colligitur, a *Mardenus* noſtratib. appellatus eſt. *Maſio* ſc. & qui eum ſequuntur. Itemq; b. *Meredinæus*, *VVidmanſtadio*, *Vergerio*, & ſimilibus. Brerewod⁹ c. *Mardenē* vocat *Scrut. p. 141. fin. Mardinæ* Longitudo 74. graduum eſt; Latitudo 37. gr. 15. minutorum. *Amidæ* Longitudo 73. grad. 40. Latitudo 38. gr. præciſè. Ita *Naſiroddinus* & *Ulugbeiges*. Indeque elicitur, has duas urbes quatuor circiter milliaribus Germanicis; Moſis verò patriam Mardina nondum duob. milliaribus diſtare. Naſiroddinus & Ulugbeiges Amidam inter *Armeniæ* urbes referunt. Forte, quia olim *ſub Armenorum poteſtate* fuit. vid. *Gol.* ad *Alferg.* p. 292. deq; *Amidâ p. 239.*

Sed Moſes d. *Antiochenus* vocari maluit, Maſio teſte. Hoc *Expeditionis* ergò factum arbitror. Quòd ſcil. ab Antiochenô Patriarchâ miſſus eſſet. In Coronide Actorum ܡܢ ܡܕܢܚܐ e. *Orientalem* ſe vocat. ſ. *Syrum* in ſubſcr. ep. VIII.

II. Parentes & Cognatio.

Parentem porrò quod attinet, ipſe paſſim ܒܪ ܩܫܝܫܐ ܐܝܣܚܩ filium Presbyteri Iſaaci ſe vocat. *Subſcriptione Epiſtolæ VIII.* & *Coronid. IV. Evangel. Presbyter* vero *Sacerdos* eſt. Et quē loco dicto ܩܫܝܫܐ *Presbyterum* vocavit, patrem, eundem coronide Epiſtolarum S. Pauli ܟܘܡܪܐ *ſacerdotem* nuncupat. *Mater* ܗܝ ܗܠܝܢܐ *Helena* fuit. *Coronid. Actor. Apoſt. Fratres;* Barzuma, *Presbyter*, Simeon, Jeſus. *ibid.*

III. *Religio.*

Religione, Christian⁹ sed Jacobita fuit. Hoc est, Sectator Jacobi Syri, qui & *Zantalus* & *Baradæus* dictus fuit, atque circà annum Christi CCCXXX. Eutychianã Hæresin interpolavit, tanto successu, ut sub diversis titulis per XL. plusminus regna sparsa sit. *Crus. Turco-Græciæ l. 4. p. 297.* Talẽ fuisse, etiam cum Viennensi editioni Novi Testamenti operam daret, ex Epistolis ejus liquet. Epistola namq; VI. ubi libri *Bethgaza* meminit, sic infit:

ܕܐܝܬ ܒܗ ܨܠܘ̈ܬܐ ܕܥܕܬܐ ܕܝܠܢ

In quô sunt preces Ecclesiæ Nostræ. Et paulo post:

ܕܥ ܐܘ ܐܚܝ ܕܐܝܬ ܠܢ ܥܝܕܐ ܒܥܕܬܐ ܕܝܠܢ ܣܘܪ̈ܝܝܐ ܝܥܩܘܒ̈ܝܐ

Scito, mifrater, consvetudinem esse in Ecclesia Nostra, Syrorum Jacobitarum. *Conf. Dissert. II. de Scopo Editi N. T. Syriaci.*

IV. *Dignitas & Ordo.*

Imo & *ejusdem Sectæ Sacerdos* fuit. Namque & sese ܩܫܝܫܐ *Presbyterum* vocat, *Coronide Evangeliorum.* Widmanstadius eum passim *Sacerdotem ex Mesopotamiâ Catholicum* vocat. *vid. præf. N. T. p. 27. Coron: Evangeliorum, & Actorum, & Epistolarum.* Quare vero *Catholicum*? An quòd Pontificẽ Romanum agnosçeret, aut ex talibus natus esset? Atqui jam tum comprobatum est, Mosen *Jacobitam* fuisse. Etiam cum Widmanstadius hunc ei titulum daret. Præthereà à *Patriarchâ Jacobiticô* missus erat. Imò, quòd Jacobita esset, ne pro Sacerdote quidem habitus, nec sublevatus est à *Catholicis*, quos vocant: uti *epistolâ primâ* queritur. Attamen *Catholicum* non omnino frustrà vocat *Widmanstadius*. Siquidẽ tandem passus est *Sacerdotẽ se* denuo à Catholico creari. Liquet hoc ex verbis ejus, quæ in dorso epistolæ VI. *Masio* scripserat, anno CIↃ IↃ LV. 15. Julii, post absolutum jam Evangeliorum codicem.

ܢ

ܠܐ ܬܟܬܘܒ ܒܐܓܪ̈ܬܟ ܦܕܪܐ܂ ܡܛܠ ܕܠܐ ܥܕܡܐ ܠܗܫܐ ܠܒܝܫ ܗܘܝܬ
ܒܐܣܟܝܡܐ ܕܝܚܝܕܝܘܬܐ܂ ܐܠܐ ܒܐܣܟܝܡܐ ܕܩܫܝܫܘܬܐ܂ ܘܡܢ
ܩܕܡ ܕܢܐ ܗܘܝܬ ܒܐܣܟܝܡܐ ܕܥܠܡܝܐ ܒܒܝܐܢܐ
ܐܝܟ ܫܢܬܐ ܚܕܐ܂ ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܗܢܐ ܩܢܝܣܝܘܣ ܐܠܒܫܢ ܠܝ
ܒܐܣܟܝܡܐ ܘܠܒܘܫܐ ܐܝܟ ܡܫܡܫܢܘܬܐ ∴

Ne ſcribas(*inqvit*)in Epiſtolis *Padre*(*hôc fortè titulo Moſen, Sacerdotem jam Pontificium, honorare voluit.*) Neque enim huc usque Schema Monaſticum gero. Sed Sacerdotale. Et antehàc habitum Laicum geſtavi Viennæ circiter annum. Poſteà *Caniſius* Sacerdotali me induit habitu.

V. Adventus in Europam.

Sequitur, quod palmarium eſt. Ad finem ergò Evangeliorum ſeſe ipſum ſalutat.

ܠܬܠܡܝܕܐ ܘܫܠܝܚܐ ܕܡܪܝ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ܂ ܠܛܘܒܬܢܐ ܐܒܗ̈ܐ ܡܪܝ ܦܘܠܘܣ ܬܠܝܬܝܐ܂
ܘܡܪܝ ܝܘܠܝܘܣ ܠܘܬ ܬܠܝܬܝܐ ܦܐܦܐ ܕܪܗܘܡܝ܂

Diſcipulum & Legatum Dni. IGNATII, Patriarchæ Antiocheni, ad Beatisſimos Patres Dn. Paulum III. & Dn. Julium, itidem III. Papam Romanum. Widmanſtadius verò præf. in N. T. p. 27. diſertè tradit, ſe ex *Pontificio diplomate & amicorum literis* didiciſſe, quod Moſes *à Patriachâ Antiocheno Romam Orator miſſus eſſet, tùm ob alias graviſſimas cauſas, tùm ut Novi Teſtamenti volumen prelo excuſorio multiplicatum in Syriam reportaret.* & ſcrib. Mirum, quòd Patriarchæ fiduciarias vel formatas non viderit literas, qui Syriacas impentè amabat. Imò, *Miſerum Legatum!* qui a. *ſuo ære* negotiatus eſt: qui viaticô ſuô b. *vix Cyprum* pervenit: qui ex c. *ſervitio ſcriptorio* victitavit, & ex aliorum

rum d. *misericordiâ*: qui e. *tanti momenti causam* apud ipsummet Pontificem *exorare* non valuit: qui f. *suo solum nomine* negotium apud hos illos egit. qui g. *vix plura* librorum N. T. *Exempla in Syriam* asportavit, qvàm inde vexerat. Intereà editionem promovit. Et

VI. Negotium Europæum.

Cum nec Romæ (verba sunt *Widmanstadii* præf. p. 28.) nec Venetiis, quanquam amplissimorum hominum favore & gratia niteretur, quemquam reperisset, qui magnum hoc & difficile opus attentare vellet, in Rainoldi *Poli*, Cardinalis, legati tunc temporis Britannici, comitatu ex Italia in Sveviam ad VVidmanstadium, cujus ipsi sollicitudo fere eadem innotuerat, contendit, & jam in Rhetia Ripensi eundem offendit. Is vero Ferdinando Imperatori negotium & desiderium Mosis suumque ita commendavit, ut sumtus in se reciperet ferendos. Quæ inter Moses Vienna ad Renialmum quoque scripserat, ut is cum Postello Joannem Lucretium rogarent, qui negotium suum Imperatori ejusque filio Maximiliani, Bohemiæ regi commendaret. Est ea epistola IV.

a. *Scripta.*

Intereà dum hæc pertentaret, *Scribendo* vitam traduxit. Multa enim descripsisse constat ex Epistolis.

Præterea & ipse qvædam composuit. Videlicet.

a. *Confessionem*, seu Professionem Fidei, ut vocat.

b. *Contemplationem Trinitatis*. Utramque è Syriaco idiomate vertit Andreas *Masius*. Et extat utraque Latinè in *Bibliothecâ Patrum* edit. Paris. ultim. Tom. IV. part. I. p. 858. & 860. conf. *Mas.* Pecul. p. 32. 54.

c. *Lexicon quoque Syriacum* Joanni *Lucretio* descripsit, atque *Masio*, si voluisset. Sed, quod is nollet, hoc ægrè fert epistola VII.

b. *Familiares*, & quorum in Epistolis meminit.

Ita multis Europæorum, magnisque viris innotescebat, atq; eorum beneficiis usus est. Epistola itaque VII. Ludovicum *Beccatellum*, Bononiensem, Archie-

chiepiscopum Ragusinum salvere jubet, eumq; se *Patris loco* habere contestatur. Sic & Joannem *Moronum*. Erat hic Episcopus Prænestinus & Cardinalis, surrogatus tandem in locum defuncti Herculis Gonzagæ, Cardinalis de Mantuâ, Præsidis Cocilii Tridentini. Ibidem Petri qvoqve Pauli *Virgilii*, qvi *Vergerius* est, meminit, & *Hotanrici*, & *Ambrosii* cujusdam, & *Postelli*, & *Lucretii* & *Renialmi*, & Joh. Bapt. *Nigri*, cui Masium Lingvæ Syræ causâ commendavisset. Epistolâ VI. Papæ *Theatini* meminit, sed parùm benignè: His nempe verbis:

ܡܛܠ ܦܐܦܐ ܬܐܛܝܢܘܣ ܠܐ ܪܓܝܐ ܒܗ ܢܦܫܝ

Qvod ad Papam Theatinum, non delectatur eô anima mea. Erat is Johannes, Petrus *Caraffa*, qvi eô anno (cIↃ IↃLV.) è Cardinali Theatinô *Paulus Papa IV.* evadebat. Meminit & aliorum aliqvot Cardinalium, qvibus Pontificibus majori opere gavisus fuisset. *Thirræ* nempe, & Joann. *Moronii*, cujus jam suprà mentio facta est. Prætereà *Sullakæ* meminit, Patriarchæ Nestorianorum. Est is *Simon Sullaka*, cujus ab initio memineram. Et *Sullaka* à patriâ, nisi fallor, dictus est. Σόλλαξ antiqvum Tigridis nomen est, *Plutarcho* teste in de Fluviis. Appellativè verò idem est qvod κατωφερής, eôdem autore. Hinc *Sullaka*, qvasi dicas, *Trans Tigridanus*. Hôc *Sullakâ* à Turcis adversariorum operâ è vivis sublatô, *Ebedjesu* in illius locum suffectus est. (Aub. *Miræus* Polit. Ecclesi. II.5.) Solius *Widmanstadii* nuspiam meminit Moses.

c. *Stipendium*, & *Avaritia*.

Cujus tamen adjutus favore, ad rem tandem descendebat, qvare venerat. De qvâ nempe dissertatione alterâ amplius agam. Intereà verò dum editionem pararet & perficeret, Imperatoris munificentiâ sustentatus est. Sed ut *avaritiæ* perqvàm deditꝰ fuisse videtur, ita neminis non difficultatem qveritur. *Lucreti* maximè & *Masii*. Sed & ipsius *Imperatoris*.

De *Lucretio Masius* respondet

ad marginem : *Fallit ingratus*. Deqve *Seipso* in dorsô Epistolæ VIII. *In hâc epistolâ potes Syrum ingenium cognoscere - - - homo ingratissimus, Oblitus omnium beneficiorum - - qvæ ego in ipsum, ipse in me se contulisse simulat per summam impudentiam.*

Imperatorem accusat, qvod se non nisi *ducentis libri Exemplis* & viginti Taleris juvisset. Idqve ܐܠܗܐ ܝܕܥ ܕܫܪܪܐ ܐܡܪ ܐܢܐ ܩܕܡܘܗܝ ܘܩܕܡܝܟ *Deus novit, qvod veritatem loqvar coràm se & te.* Attamen *Masius* ad marginem Epistolæ subdit : *Habuit à rege 700. florenos toto biennio.*

Consumtis XX. taleris & qvod præterea habebat Viennâ Venetias usq;, Masium, ut se ipse & per alios juvet ܡܛܠ ܙܩܝܦܘܬܗ ܕܝܫܘܥ ܐܠܗܢ *per crucifixionem Jesu Dei nostri* rogat, *librosq;* offert, quos acceperat.

Mox *Moronium* salvere jubet & domesticum ejus, *Philippum* qvendam, rogatq; Masium, ut his egestatem suam indicet. Ceu, qvibus exempla qvoq; libri mittere velit, si sciat illos ܡܢ ܒܬܪ ܣܓܝܐܐ ܥܡܠܐ *post multum laborem.* Nam si per *Lucretium* stetisset, (ita Syrus scribit,) ne unum libri Exemplum accepisset. Eidem culpam impingit, qvô minus *matrices* literarum Syriacarum, qvibus Novum Testamentum expressum erat, secum avcheret. Qverelam de Imperatore sic claudit :

Romæ esse. Ubi *Masius* in margine habet: *Informandi sunt biboni viri de ingratitudine avaritia Mosis.*

Tandem *Hotanrico* omnia Manuscripta vendidit, taleris XL. & libros noviter impressos, qvos *Masio* obtulerat, XXII. Imperialibus. Ita non frustrà fuit Masius, qvi, ubi Moses qveritur, *se non nisi ducenta accepisse Editionis exempla,* adjecit : *CC. Exemplaribus faciendum erat periculum de fide ejus.*

VII. *Reditus in Asiam.*

Cùm ergò gratiam passim perdidisset, & non tàm posset neq; ap. *Masium*, neq; apud *Hotanricum*, qvàm vellet latere, in Asiam uti venerat, rediit.

Attamen reditus sui spem & faciebat

faciebat, & relinqvebat. *Widmanstadius* certè sperabat, scribebatq; ad Giengerum & Jac. Jonam: *Intereà Moses noster Meredinæus, qui ad locupletandam regio hoc munere Syriam --- unà mecum operæ plurimum studiique consumpsit, ex Mesopotamiâ favente Deo, reversus, non solum reliquas S.S.S. Petri, Johannis & Judæ epistolas ---- verum etiam veteris testamenti Syrothargumicam --- Interpretationem, aliaq; --- adportabit.*

Moses verò anqvirebat pecunias corradere, qvibus libros in Asiâ compararet, inde à se revehendos. Nominatq; epistolâ III. libros, qvos *Fuggeri* impensis, *Masiiq;* consilio & ope, dato fidejussore, coëmere vellet. Sunt illi: *Mosis Bar Cephæ, Ephremi, Jacobi; Causa causarum, Sapientia sapientiarum, Scintillæ & Splendores, Eudochus, Dialogus, Nomina, Bruta Sapientia, commentarius in Davidem & Reges,* &c.

Qvid exinde actitatum sit nec ne, me qvidem fugit. Qvare & nunc finem facio, eorum, qvæ non omninò dissimulanda putavi circà editionem Novi Testamenti Syriaci.

Dissertatio Secunda,

De

SYRIACIS utriusq; & Novi maximè Testamenti VERSIONIBUS.

deq;

VIENNENSI *Antiocheni Textus* EDITIONE.

Syriacam Sacrarum Scripturarum Versionem ab ipsis propè Christianismi in Syriâ incunabulis extitisse & *credibile* est, & *Historiæ consentaneum.*

Ac primò qvidem extrà omnem dubitationis aleam positum est, *unamqvamq; nationem*, simulac Christianismum amplexa est, *Sacris* in suam Lingvam conversis *libris* & *opus* habuisse & *gavisam* esse.

Theodoritus certè, *Cyri* Episcopus, jã olim, *seculô* nempe *qvintô*,

Hebraicam Scrpturam in nullas non universæ, qvæ sub sole est, terræ Lingvas translatam fuisse, testatur. Meminitqve *Græcarum*, *Romanarum*, *Persicarum*, *Jndicarum*, *Armenicarum*, *Scythicarum*, ac *Sarmaticarum* nominetenus Versionum. Vide *de Curand. Græc. affect. Serm. V. Tom. VI. p. 555.* Qvarundam ex his etiam *Chrysostomus* meminit, ac præterea *Æthiopicarum* & *Syriacarum*. Vide ejus *Homil. II. in Johann. Tom. II. p. 561.*

Nec omninò *Panegyricè* loqvuntur, qvòd Scripturas in totius orbis Lingvas translatas scribunt, ac fortè non omnium Lingvarum Versiones ipsis *visæ* sunt aut *auditæ*, neu planè extiterunt. Loqvuntur enim primùm de *orbe cognito*. Ac deinde non de *omnibus ubiquè Scripturæ libris* accipiendum est, qvod scribunt, imò sœpè de *paucis* tantùm. vid. *Chrys. Homil. IX. ad Coloss. Tom. IV. p. 137.* Persvasi etiam fuerunt, Scripturam illarum gentium Lingvis legi, à qvibus Evangelium receptum erat. Receperant autem jam *Jrenæi* tempore *Germani*, *Celtæ*, *Iberi*, *Ægyptii*, *Libyes*. vide *Iren.* l. 3. deqve *Britannis* Gregor. Magnum. Qvantò magis illæ nationes, qvæ Centro, unde Evangelium prodiit, viciniores erant?

Ex his ergò de antiqvo *Syriacæ* cujusdam *Versionis Usu* constare potest. Sed sectemur porrò *Historiam* istius Lingvæ *Versionum*.

Syrum nempe antiqvi Ecclesiarum Patres subinde laudant. Horum *nomina*, ipsaqve *verba* recognoscere juvat.

I. *Ambrosius* Hexaëm. I. 8. circà Gen. I. 2. *Denique Syrus, qvi vicinus Hebræo est, & sermone consonat in plerisq; & congruit, sic habet:* ET SPIRITUS DEI FOVEBAT AQVAS, *id est, vivificabat, ut in novas cogeret* creaturas (al formas) *& fotu suo animaret ad vitam.*

II. *Augustinus* de Civitate DEI XV. 13. *Nam in qvibusdam codicibus Græcis tribus, & uno Latino, & uno etiam Syro inter se consentientibus inventus*

tus est Mathusalem sex annis ante Diluvium fuisse defunctus.

III. *Scholiastes.*

a. Gen. IV. 12. στένων κ̀ τρέμων ὁ ἑβραῖος ἔσῃ κ̀ ὁ Σύρος ἐπὶ τῆς γῆς σαλευόμενος κ̀ ἀκαταστατῶν, τουτέστι, μὴ μένων ἐν ἑνὶ τόπῳ.

b. Gen. XI. 3. κ̀ ἄσφαλτος ἦν αὐτοῖς ὁ πηλὸς.

ὁ Σύρος κ̀ ὁ Ἑβραῖος ἄσβεστόν φασιν κ̀ τὴν ἄσφαλτον τινὲς τῶν διδασκάλων ἄσβεστον ἔφασαν εἶναι, ἀγνοοῦντες, ὡς εἰκὸς, τὰς ἐν τῇ ἀσσυρίᾳ πηγάς.

Gen. XXII. 13. XXVII, 7. cet. Vid. (p. ccx.)

c. Gen. XXXVIII. 29. τί διεκόπη διά σε φραγμὸς;

ὁ Σύρος κ̀ ἑβραῖος τι διεκόπη ἐπί σε διακοπή;

d. Gen. XXXIX. 1. ὁ εὐνοῦχος Φαραώ.

ὁ μὲν Σύρος, μιᾷ προσηγορίᾳ τόν τε σπάδοντα κ̀ τὸν πιστὸν ἄνδρα λέγει τοῖς δεσπόταις. ὁ δὲ ἑβραῖος ἀληθῶς εὐνοῦχον, κ̀ τοῦτον ἀπὸ τῆς πίστεως; ἐπειδὴ φιλεῖ τὸ τῶν εὐνούχων γένος μάλιστα πιστεύεσθαι τὰ τιμιώτερα τῶν κτημάτων, κ̀ αὐτὴν βασιλέων σωτηρίαν.

d. Gen. XLV. 11. ψονθομφανήχ. ὁ σύρος ἔχει, ὁ εἰδὼς τὰ κρυπτά. (11 | 45)

e. Gen. XLV. 22. πέντε ἐξαλλασσούσας στολάς. (IV | 22.)

ὁ σύρος πέντε ζυγὰς στολῶν, κ̀ διακοσίους χρυσίνους.

f. Gen. XLIX. 3. ὁ Σύρος ἔχει, Ῥουβὴν πρωτότοκός μου, ἡ δύναμίς μου, καὶ ἀρχὴ τῆς ἰσχύος κ. τ. λ.

Gen. XLIX. 27.

ὁ σύρος, ἑσπέρας ἁρπάσεται, κ̀ τὸ πρωϊὸν μερεῖ σκῦλα.

g. Exod. I. 13. ἐβδελύσσετο.

ὁ σύρος, ἐθλίβοντο ὁρῶντες αὐτοὺς πληθυνομένους κ̀ ἐκάκουν.

Melito. ad Gen. XXII. 13. κατεχόμενος τῶν κεράτων.

ὁ σύρος κ̀ ἑβραῖος κρεμάμενός φησὶν, ὡς σαφέστερον τυποῦν τὸν σταυρόν.

Diodorus. ad Gen. XXVII. 27. ὡς ὀσμὴ ἀγροῦ,

ὁ σύρος ἀντὶ τοῦ ἀγροῦ ἀγρούρας ἔχει. τὸ δὲ πλήρους πεπληρωμένου βλαστημάτων εὐωδεστάτων.

c. ad Gen. XXXVII. 2. Κατήνεγκαν δὲ ἰωσὴφ ψόγον πονηρόν.

ὁ σύρος ϗ ὁ ἑβραῖος ἀντὶ τοῦ κατήνεγκαν

τήνεγκαν κατήνηγκεν ἔχουσι. τουτέστιν, ὁ ἰωσὴφ διέβαλε τοὺς ἀδελφοὺς τῷ πατρὶ, ὡς οὐκ εὐτάκτους ὄντας, ὅθεν καὶ ἐμισήθη παρ' αὐτῶν.

d. ad Gen. XXXVI. 14. τὸν ἰαμείν.

ὁ σύρος καὶ ὁ ἑβραῖος τὸν ἰαμείν ὕδωρ βούλονται λέγειν ἀντὶ τοῦ εὗρε πηγὴν ἐν ἐρήμῳ. οἱ δὲ ἑρμηνεύσαντες αὐτὴν πῶς τὴν λέξιν τὴν ἑβραϊκὴν τεθείκασιν.

d. ad Gen. XLIV. 3. ῥουβὴν πρωτότοκός μου.

ὁ σύρος ἔχει, Ρουβὴν πρωτότοκός μου, ἡ δύναμίς μου, καὶ ἀρχὴ τῆς ἰχύος, ἐπλανήθης ὡς ὕδωρ, μὴ παραμείνης, ἀντὶ τοῦ μὴ ζήσης.

Eusebius ad Gen. XXXI. 7. δέκα ἀμνῶν.

ὁ σύρος δεκάκις, ἀντὶ τοῦ πολλάκις.

IV. *Catena Patrum.*

a. in Gen. XXII. 13.

Τί ἐν τῷ φυτῷ, οὐκ ἔχει ὁ Σύρος, μόνον δε τὸ ὄνομα τοῦ φυτοῦ εἶναι νομίζω. Τοῖς δὲ ἑβραίοις δοκεῖ τὸ σαβὲκ ἄφεσιν σημαίνειν. καὶ τοῦτο δὲ τοῦ μυστηρίου τοῦ σταυροῦ δηλωτικὸν ἂν εἴ.

b. Gen. XXXVI. 14.

ὁ σύρος λέγει πηγὴν αὐτὸν εὑρηκέναι. ἡ γὰρ πηγὴ ἀνᾶν καλεῖται τῇ σύρων φωνῇ. Et mox: παντάχου μὲν τὸ ὕδωρ ἀμμαίμ λέγεται ἐν τῷ ἑβραϊκῷ. ἡ δὲ πηγὴ μωκώς.

V. *Theophylactus* in Hebr. II. 9. edit. Londin. 1636.

οἱ δὲ Νεστοριανοὶ παραποιοῦντες τὴν γραφήν φασι, χωρὶς θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γεύσηται, ἵνα συστήσωσιν ὅτι ἐσταυρωμένῳ τῷ χριστῷ οὐ συνῆν ἡ θεότης, ἅτε μὴ καθ' ὑπόστασιν αὐτῷ ἡνωμένη, ἀλλὰ κατὰ σχέσιν. Phil. *Montanus*: Nestoriani autem depravantes scripturam dicunt: Ut *absque DEO* pro qvovis gustaret mortem, ut probent crucifixo Christo non adfuisse divinitatem, ut qvæ secundum personam ei unita non fuerit, sed secundum habitum.

VI. *Theodoritus*

a. in Jon. III. 4. Tom. II. p. 805.

Τρεῖς ἡμέραι. ταύτας δὲ καὶ ὁ Ἀκύλας, καὶ ὁ Σύμμαχος, καὶ ὁ θεοδοτίων τεσσαράκοντα ἔφασιν. Συμφωνοῦσι δὲ τούτοις καὶ ὁ Σύρος καὶ ὁ ἑβραῖος. *Gillius*: Tres dies. Hos verò Aqvila

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-773407-p0018-2

qvila & Symmachus & Theodotio qvadraginta interpretati sunt. Et cum his etiam Syrus & Hebræus conveniunt.

b. in Pſ. CIII. 26. Tom. I. edit. Pariſ. 1642.

Τὸ δὲ ἐμπαίζειν αὐτῷ, ἀντὶ τοῦ αὐτῇ, τῇ θαλάσσῃ ἀῤῥενικῶς γὰρ αὐτὴ ὁ ἑβραῖος καὶ ὁ Σύρος καλεῖ. *Caraff. Interp.* Iſtud a. *ad illudendum ei* pro αὐτῇ, τῇ θαλάσσῃ masculino genere dixit, qvia Hebræus & Syrus maria masculino genere vocant.

c. in Pſ. CXII. 1.

παῖδας ἐνταῦθα οὐ τοὺς νέους, ὥς τινες ὑπέλαβον, ἀλλὰ τοὺς δούλους καλεῖ. οὕτω γὰρ καὶ ὁ Ἀκύλας καὶ ὁ σύμμαχος, καὶ ὁ Θεοδοτίων ἡρμήνευσαν. καὶ ὁ ἑβραῖος ἀβδὴ λέγει. *Caraffa*: Pueros hoc loco non juvenes, ut nonnulli suspicati sunt, servos vocat. Sic n. & Aqvila & Symmachus & Theodotion interpretati sunt. Et Hebræus Abde dicit.

d. in Pſ. CXV. princ.

ἑβραῖος καὶ οἱ λοιποὶ ἑρμηνευταὶ, καὶ μέντοι καὶ ὁ Σύρος τοῦτον τοῖς προτεταγμένοις συνάπτουσιν. Caraffa: Hebræi ceteriqve interpretes atqve etiam Syrus hunc præcedentibus connectunt (Pſalmum.)

Ex his ergò Teſtimoniis, *collationem* inſtituamus *antiqvarum & recentiorum verſionum*, atqve unà *textus Hebraici & Græcæ Lxx. Verſionis*, circà qvam commentati ſunt *Patres*, quos laudavi.

COLLATIO.

	Textus Hebr.	*Verſionis Græcæ LXX.*	*Syri, qvem Scholiaſtæ citant.*	*Syræ editionis Pariſ.*
Gen. I. 2.	מרחפת	ἐπεφέρετο.	συνέθαλπε.	ܡܪܚܦܐ
IV. 12.	נָע וָנָד	στένων καὶ τρέμων.	σαλευόμενος καὶ ἀκαστάτων	ܙܐܥ ܘܢܐܕ
XI. 3.	הַחֵמָר	ἄσφαλτος	ἄσβεστος.	ܚܡܪܐ

XXII. 13.	נֶאֱחַז	κατεχόμε- νος.	κρεμάμενος.	ܐܚܝܕ
XXVII. 27.	הָאָרֶץ	Ἀγρȣ̃	ἀρȣ́ρας.	ܕܚܩܠܐ
XXXI. 7.	עֲשֶׂרֶת מֹנִים	δέκα ἀμνῶν	δεκάτως.	ܥܣܪ ܐܦܝܢ
XXXVI. 24.	יֵמִים	πηγὴ	ὕδωρ.	ܡܝܐ
XXXVII. 2.	וַיָּבֵא	καἠνεγκαν.	καἠνεγκεν.	ܐܝܬܝ
				ܬܪܥܬܐ
XXXVIII. 29.	פָּרֶץ	Φραγμὸς	διακοπὴ.	ܪܒ ܩܛܘܠܐ
XXXIX. 1.	סריס פרעה	ὁ εὐνȣ̃χος Φαραώ.	ὁ σπάδων ὁ πι- στὸς.	ܕܟܣ̈ܝܬܐ
XLI. 45.	צפנת פענח	ψονθομφα- νήχ.	ὁ εἰδὼς τὰ κρυπτά	ܡܓܠܐ ܗܘ
XLV. 22.	חֲלִפוֹת שְׂמָלוֹת	ἀξαλλασȣ́- σας στολὰς.	ζυγὰς στολῶν.	ܐܘܠܦ̈ܢܐ ܕܢ̈ܚܬܐ
XLIX. 4.	אל תותר	ζήσῃς.	παραμείνῃς.	ܠܐ ܬܬܘܬܪ
Ex. I. 13.	ויעבידו	ἐβδελύσσον- το	ἐθλίβοντο.	ܘܫܥܒܕܘܢ
Jon. III. 4.	אַרְבָּעִים יוֹם	τρεῖς ἡμέραι	τεσσαράκον- τα ἡμέραι	ܐܪ̈ܒܥܝܢ ܝܘܡܝܢ
Ps. CIII. 26.	לְשַׂחֶק-בּוֹ	αὐτῷ. ἀντὶ τȣ̃ αὐτῇ	αὐτῷ.	ܠܡܓܚܟ ܒܗܘܢ
CXII. 1.	עֲבָדָיו	παῖδες	Ἀβδὴ. δȣ̃λοι.	ܥܒ̈ܕܘܗܝ

Supersunt duæ Patrum observationes. Una de *Mathusalemi morte*: Altera de *Psalmi* Hebraici CXV. CXVI. *combinatione*.

Prima

A. Prima *Augustini* est. Neque mirum est, quòd in editione Parisiensi non reperiatur id genus discrepantiæ, quod in unô duntaxat exemplari observatum est ab iis, qui Augustino retulerunt. Intereà placet Augustini sententia. Inquit autem: *Cum diversum aliquid in utrisq; codicibus invenitur, quandoquidem ad fidem rerum gestarum utrumq; esse non potest verum, ei linguæ potiùs credatur, unde est in alias per Interpretes facta translatio.* Hæc ille. Qui de Hebraico extrà controversiam loquitur codice. Ast quare mox subdit? *Nam in quibusdam etiam codicibus, Græcis tribus, & uno Latino, & uno etiam Syro, inter se consentientibus inventus est Mathusalem sex annis ante diluvium fuisse defunctus.* Certè Hebræus codex ita non habet. Habet verò hoc: *Mathusalemum ipso diluvii Anno diem obiisse.* vid. Alph. *Tostat* ad Gen. v. qu: 3. 4. Leon: *Coquæus* ad August. l. c. Corn. à *Lapide* ad Gen. V. 27. *Schalschel*: p. 92.

Alii aliter.

a. *Septem* scil. *diebus* ante diluvium mortuus est *Mathusalem*, secundum *Hebræos*. *Vid. Hieron*: qf. *Zemach* David P. I. p. 5. ex Gen. VII. 10. *Baal Hatturim* h. l. *Juchasin* p. 134.

b. *Sex annis* ante, secundum quosdam codices versionis LXX. v. Aug. l. c. & quæst. in Gen. ubi Hebræis codicibus eundem tribuit computum.

c. *XIV. annis* post diluvium secundum communem editionem versionis Ptolemaicæ. vid. *Coquæus* l. c. *Schalschalet*. l. c.

Sic quidam Christianorum c. aut: *Schalsch*: l. c. Quô Autore volunt, Mathusalemum per diluvii tempus unà cum filio Enocho in גַּן עֵ *Paradiso* substitisse; pòst rediisse; tandem obiisse. Quod autem LXX. ita supputent, jam olim observatum est ab *Hieron*: quæst. in Gen. *August*. ll. cc.

d. *Anno* 600. *Noachi*, die 21. Elul sive Thot, feriâ sextâ circà meridiem. Sepultus à Noacho & Semo. Qui per XL. dies ipsum planxerunt. *Patricid*. pag. 8. (edit. *Selden*.) vid. Gen. VII. 11 qf. *Elmakin*. p. 10.

e. *Ante diluvium* tamen obiisse,

Orientales constanter affirmant.

f. *In ipso diluvio*, si anni completi intelligendi sunt in Chronologiâ Hebraicâ, veluti qq. volunt. vide *Helvic. Lang. Petav.*

Ut rem rectius, qui volet, cognoscat, omnium Patriarcharum annos, etiam secundum differentes *Hebraici, Samaritici* & *Ptolemaici*, quem τῶν LXX. vocant, codicis editiones, conferam.

ANNI ÆTATIS PATRIARCHARUM.

Gen. V. 3. s. VII. 6. 11. VIII. 13. IX. 28.

	Primæ Genituræ, secundum				Residui, secundum				Totius vitæ, secundum			
	Hebr.	Sam.	LXX.	Josep.	Hebr.	Sam.	LXX.	Josep.	Hebr.	Sam.	LXX.	Josep.
1. Adam -	130		230	230	800		700	700	930		930	930
2. Seth -	105		205	205	807		707		912		912	
3. Enos -	90		190	190	815		715		905		905	905
4. Kenan	70		170	170	840		740		910		910	910
5. Mahalael	65		165	162	830		730		895		895	895
6. Jared -	162	62	162	162	800	785	800		962	847	962	969
7. Enoch	65		165	105	300		200		365		365	365
8. Mathusalē	187	67	167	187	782	653	802		969	720	969	969
9. Lamech	182	53	188		595	600	565		777	663	753	
10. Noa -	500		500		450				950		950	

Observationes ad hunc Schematismum.

a. *Ptolemaicos* τῶν LXX. numeros *Gregorius* quoque *Malatiensis* exactè refert, *Dynast. p. 5.*

b. *Samaritanorum* idem meminit, *pag. 9. Samaritarum* Codices circà Mathusalemi ætatem *Hebraicis* consentire, *Hieronymus* autor est *in quæstionibus in Genesin.* conf. *Scalig. de Emendat. Temp. ubi de computo Samaritarum.*

c Ubi

c. Ubi ſpatia numeris vacua comparent, ibi computus partim Samariticus cum Hebraico, partim *Joſephëus* cum Ptolemaico conſpirat.

Reſtat *cōbinatio Pſalmorū* Hebraicorum IX. & X: CXIV. & CXV., ut & διχοτομὴ Pſalmorum CXVI. CXLVII. Sed quæ nota eſt. Vid. *Amam:* Antibarb. 701. & Aug. *Steuchum.* in Pſ. X.

Hactenus *teſtimonia Patrum*, qui *Syrum interpretem* jam olim laudarunt, & nonnihil verborum ex eô retulerunt.

VII. Hîc verò commemorant quidam etiam D. *Baſilium.* Scribit is Homil. II. in Hexa ëmeron circa *Gen.* 1. 2. Πρὸ οὖν ἐπεφέρετο τοῦτο ἐπάνω τοῦ ὕδατος, ἐρῶσοι οὐκ ἐμαυτοῦ λόγον, ἀλλὰ σύρου ἀνδρὸς, σοφίας κοσμικῆς τοσοῦτον ἀφεστηκότος, ὅσον ἐγγὺς ἦν τῶν ἀληθινῶν ἐπιστήμης, &c. Hoc eſt, ex interpretatione Argyropoli: *Equidem non meam tibi, ſed cujusdam Syri ſententiam recenſebo, qui tantum à ſapientiâ mundi diſtabat, quanto verarum ſcientiæ rerum propinquior erat. Agebat igitur ille, Syrorum vocem ſignificantiorem, atq; evidentiorem eſſe, & ob affinitatem, quam habet cum Hebraicâ lingvâ, ſententias aliquo modo ſcripturarum propius attingere. Itaq; talem hujuſce dicti ſententiam eſſe dicebat: Verbum hoc FEREBATUR pro CONFOVEBAT vitalemq; fœcunditatem aquarum Naturæ præbebat: ſumunt, atq; interpretantur ad ſimilitudinem aviculæ incubantis vimq; vitalem quandam imprimentis in ea, quæ ab ipſâ foventur* &c. Et hanc Syri interpretationem ſubminiſtrat quidem tàm Syriaca verſio, cujus *Ambroſius* meminit, quàm *Hebraica.* Voce nempe מרחפת quâ etiam Syrus utitur. De eâ verò videatur *Theodorus Ta ſenſis* in *Catenâ Patrum*, *Raſchi* ad Gen. 1. 2. *Talm.* titul *Chagiga* cap. II. fol. 15. Aſt *Baſilius* non Interpretem quenquam Syrum, qui Biblia Syriacè vertiſſet, quemque legiſſet, dum hominem quendam Syrum, ſibi Amicum & familiarem allegat, ceu ex quo ore tenus vim illam vocis didiciſſet. Fuit, qui *Ephremum*, celebrem Exegetam Syrum, θαυμάσιον Theodoreto dictum, ſubinnui auguretur: Sed non.

liquet. vid. *Hotting.* Thes. Philolog. præfat. lect. p. 275. 316. 350. de Creat. p. 45. Analect. 106. *VValt.* p. 55. *Brer.* 139.

VIII. *VValtonus* addit, Syri etiã meminisse *Chrysostomũ*, & Chronicon *Alexandrinum*. Quod falsũ est de *illô* : De *hoc* non liquet.

Ceterum, *si quis Syri interpretis Fragmenta*, quæ continuò ferè *ordine* & magnô *numero* in Syriacorum Patrum scriptis atque aliàs occurrũt, conferre vellet, næ vasto opus esset opere.

IX. Ego verò vel unicum tantùm *Exemplum* afferam è *Gregorio Malatiensi*, *Syro* quidem, sed *Arabicè* nobis loquente. Ita autem ille *Chronici*, seu *Dynastiarum* cap. I. p. m. 21. ubi nempe de promissione circà Ismaëlem è Genesi XVII. 20. agit:

وكان خاتمة البركة باللغة السريانية
هكذا وكبرته طب طب واعظمته جدا جدا

Hoc est: *Conclusio benedictiõis ejus linguâ Syriacâ sic fuit* : ܘܪܒܝܬܗ ܛܒ ܛܒ *& magnum reddidi eum valdè valdè.* Pergit *Gregorius* : *Dico autem contigisse in iis verbis mysterium mirum, quod nostrô, (hoc) Tempore patefactum est. Hoc nimium, quod ubi literas eorum (verborum) per additionem numerorum composuerimus, producetur numerus sexcenti quinquaginta & sex, quod spatium est ab Hegirâ ad annum, quò interfectus est Chalifarum Abbasidarum ultimus, & recessit imperium illud magnum valdè de stirpe Ismaëlis.* Scilicet exemplum hoc est *Kabbalæ Syriacæ.* Congeritque autor è valore numericô literarum, quæ sunt *in Verbis Syriacis* ܘܪܒܝܬܗ ܛܒ ܛܒ *summam 656.* Nam è scopô Autoris colligitur mendum esse in Editione *Pocockiana*, legendumque omninò ܘܐܪܒܝܬܗ ܛܒ ܛܒ Siquidem aliàs literæ Syriacæ haud quaquam summam 656. efficerent, sed 655. Ceterum *Hegira*, seu æra Mohamedica cœpit Anno Christi Domini 622 *Chalifæ*, hoc est, Mohammedis successores, primi

Affi-

Affines Mohammedis fuerũt, Succedanei. *Ommiadæ*, secundi, qui *Abbasidæ*. Abbasidarum ultimus *Mustasemus* erat, quem Hulagu Tartarus Anno Hegiræ 656. die 14. Mensis Safari, Bagdadi oppresserat. Ita *Gregor.* Cap. 9. 486. 519. confer *M. P. Venetus* I. 16. Atqui transeat illa Kabbala. Illud verò non negligendum est, *quod Syriaca editio Parisiensis* planè ita habeat, uti apud *Gregorium* legendum fuit. Nempe

ܘܐܦܪܝܩܠܗ ܓܒ ܓܒ

Gregorius verò *Malatiensis* idem ille est, quem Ecchellensis Gregorium *Barhebræum* vocat, (in not. ad *Catal.* Ebed-Jesu p. 59. 73. 78. 82. 84. 86. & in præfation. operis Bibliorum Paris.) Quare ? non memini. Nec ipse *Pocockius* (vid. præfat. in Dynast. Gregorii p. 1.) Hic Gregorium *Abalpharagium* vocat; *Abul-Feregium* Golius; *Gregorium Syrum*, Bootius. (vid. *Hott.* Bibl. *Oriental.* p. 283. *Gol.* ad Alferg. p 268.) Medicus fuit. Sed qui Scholia quoque Biblica edidit, inque iis Versionum præcipuè discrepantias annotavit, non *Syriacæ* tantùm, *Vulgatæ* & *Carcusiensis*, sed & *Græcæ*, *Armenicæ*, *Ægyptiacæ*. *In Chronicô* etiam *Samariticæ* meminit, & *Hebraici* textus. Vixit ultrà *Arguni Ilchani* cœdem, seu in quâ Historiam suam finit. Argunus verò cœsus est Anno Hegiræ 683. hoc est, Christi 1284.

Neque possum, quin *Scholiorum* ejus Exempla delibem, Versionũque, quas laudat, nonnunquam tamen solenni phrasi ܠܐ ܡܫܬܠܡܐ *non convenit* (quam asteriscô hic subinnuo) etiam rejicit, particulas cum hodiernis versionibus conferam.

EXEM-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-773407-p0025-1

EXEMPLA VERSIONIS Græcæ τῶν LXX.

	Hebr.	Syrus.	LXX. Schol.	LXX. Hod.
Psal. VIII. 1.	יהוה *Jehova.*	ܡܪܝܐ *Domine.*	ܦܝܦܝ ܡܪܝܐ *Pipi: Domine.*	Κύριε. *Domine.*
LI. 9.	אזוב	ܙܘܦܐ *Hyssopus.*	ܙܘܦܐ *Hyssopus.*	ὑσσώπῳ. *Hyssopo.*
LXXII. 17.	ינין	ܐܝܬܘܗܝ *Erat.*	ܢܩܘܐ [b] *Permanebit.*	διαμενεῖ. *Permanebit.*
LXXIV. 14.	לעם ציים	ܠܥܡܐ ܥܫܝܢܐ *Populo forti.*	ܠܥܡܡܐ ܟܘܫܝܐ *Populis Cuscb.*	λαοῖς τοῖς Αἰθιόψι. *Æthiopibus*
LXXV 9.	מסך	ܕܚܡܪܐ ܥܟܝܪܐ *Vini feculenti.*	ܕܚܡܪܐ ܕܠܐ ܡܙܝܓܐ *Vini meri.*	οἴνου ἀκράτου. *meraci.*

Observationes ad hunc Schematismum.

a. Scribit *Gregorius*: In Syriacis exemplaribus τῶν LXX. voci ܡܪܝܐ *Morio* (quando Deum Dominum significat) dictionem ܦܝܦܝ *Pipi* desuper addidisse. Ptolemaici scilicet Interpretes, vel quicunque alii, nomen Dei *tetragrammaton* יהוה IHVH vel *Samariticam Abbreviaturam* ejus hanc * cum Græcum κύριος id non valeret exprimere, Græco ad marginem vel aliàs addiderunt. Imperitiores verò sive *Hebraicas literas* יהוה IHVH, quod *Hieronymo* visum est, epistola 136. ad Marcellam; sive *Samariticas*, quod *Postellus* conjicit, ΠΙΠΙ legerunt. v. *Drus.* de tetragram. cap. xx. *Glass.* Phil. Sacr. P. I. p. 365. *Hotting.* contrà Morinum p. 54. & Dissert. p. 172.

b ܠܥܠܡ inquit *Gregorius*. Adeoque *comprobat* lectionē illā

EXEM-

EXEMPLA VERSIONIS ARMENICÆ.

Hebr.	Syr.	Arm. Schol.	Arm. Hod.
Psal. XVIII. 26. Cum Sancto Sanctus ERIS.	ܬܗܘܐ *Eris.*	ܐܗܘܐ *Ero.*	*Eris*
XXVIII. 8. משיחו *Uncti ejus.*	ܡܫܝܚܗ *Ejus.*	ܡܫܝܚܗ *Sui.*	*Sui*
LI. 9. אזוב *Hyssopus.*	ܙܘܦܐ *Hyssopus.*	ܡܫܠ vox Armenica.	Eadem.
LXIV. 2. קולי *Vocem meam.*	ܩܠܝ *Vocem meam.*	ܨܠܘܬܝ *Orationem meam*	*Orationē meam.*
LXVIII. 28. רֹדֵם *Dominans eis.*	ܒܫܠܝܐ *In tranqvillitate.*	ܒܬܗܪܐ [a] *In stupore vel pavore.*	*Admirabilis.*
LXXII. 17. Ante Solē nomē ej9 ERAT.	ܐܝܬܘܗܝ *Erat.*	ܐܝܬܘܗܝ [b] *Erat.*	*Erit.*
LXXIII. 14. לעם ציים	ܠܥܡܐ ܥܫܝܢܐ *Populo forti.*	ܠܥܫܝܢܐ ܕܗܢܕܘ *Fortibus Indiæ.*	*Robustis Indiæ.*
LXXV. 9. מסך	ܡܚܡܪܐ ܠܠܓܝܪܐ *Vini feculenti.*	ܡܚܡܪܐ ܚܣܝܐ *Vini puri.*	*vini plane incorrupti.*
LXXVIII. 57. Instar arcus fallacis. קֶשֶׁת רְמִיָּה	ܢܟܠܬܐ *Fallacis.*	ܦܫܝܛܬܐ *Extensi.*	*perversi.*
LXXIX. 1. Fecerūt Jerusalē *desolatam.* לעיים	ܡܚܪܒܬܐ *Desolatam.*	ܒܡܛܠ̈ܠܐ ܕܢܛܘܪ̈ܐ ܦܐܪ̈ܐ *Tuguria custodientium fructus.*	*sicut hospitium viri hortulani.*

CII. 7. Factus sum ככוס similis falconi.	ܠܩܩܐ *Pelecano,* h. e. *Cygno.* Greg.	ܠܩܕܡܝܬܐ ܢܘܗܪܐ *Ortboboæ.*	*Sicut* BU.
CVII. 1. Confitemini Domino, quia BONUS est.	ܕܛܒ ܗܘ *quia bonus est.*	ܕܚܣܝܢܐ ܗܘ *Quia fortis est.*	*quia dulcis est.*
CIX. 8. פְּקֻדָּתוֹ		ܡܫܡܫܢܘܬܗ *Messiatum ejus, vel unctionem ejus. i. e. Officium.*	*visitationem ejus* i. e. *Episcopatum.*
CXXXVI. 13. יַם־סוּף	ܝܡܐ ܕܣܘܦ *Mare Erythræum*	ܝܡܐ ܪܒܐ *Mare mediterraneum.*	*Mare magnum.*

EXEMPLA VERSIONIS ÆGYPTIACÆ.

Textus.	Syr.	Ægypt Schol.	Ægypt. Hod.
Ps. XVIII 26. התחסד Cum Sancto Sanctus ERIS.	ܬܗܘܐ *Eris.*	ܐܗܘܐ ERO.	
-- 43. אשחקם Sicut lutum platearum Conculcabo eos.	ܐܕܘܫ ܐܢܘܢ Concultabo eos.	ܐܦܫܦܫ Comminuã.	
Psal. XXII. 30. דשני ארץ Pingues terræ.	ܟܦܢܘܗ ܕܐܪܥܐ Famelici terræ.	ܪܘܪܒܐ Magnates.	
Ps. XXIII. 4. שבטך ומשענתך		ܫܒܛܟ ܘܫܒܝܠܟ Virga tua & rivus tuus	

Ps. XXIV.

Pſ. XXIV. 1. וּמְלוֹאָהּ Plenitudo ejus.	ܒܡܘܠܝܗ Cum plenitudine ſuâ.	ܒܫܘܡܠܠܗ : Cum integritate *ſuâ*.
Pſ. CXVI. 11. בְחָפְזִי In tremore meo vel in feſtinatione (*fugâ*) meâ.		ܒܛܘܥܝܝ In errore meô.

Quare verò, inquis, *Hieronymus* Syræ verſionis non meminit, qui ſtudioſiſſimè omnium ſacri textus & verſionum differentias obſervavit?

VValtono judice, id inde factum eſt, quòd Linguam Syram non intelligeret. Gennadius quoque hoc ipſum inde probare ſatagit, quòd *Jacobum Niſibenſem* ſcriptorem Syrum, ac tum nondum Græcè verſum, in *Catalogum illuſtrium Scriptorum Eccleſiæ* non retulerit. Additque: Hieronymum *Ephremi, Archelai & Bardeſanis* ſcripta, antequam Græca eſſent facta, non potuiſſe evolvere. Sed id perquam temere aſſertum eſt. Ideòne enim Ægyptiæ & Perſicæ verſionis non fuiſſent, quia Hieron. illarum non meminerit? Et qui Hieron Syram linguam adeò neſciverit, qui tot annos *in Syriâ* habitavit, (v. proœm. in Abdiam) qui Jobum è *Syriaſmis* paſſim interpretatus eſt? Confer *comm. ejus ad Dan. II.* Et quomodo *Chaldaicos* ſacræ ſcripturæ textus tractare potuit, ſi *Syriacam* ignoravit Linguam? Eſt enim ferè eadem. vid. *Maſ. præf. Gramm. Syr. Breverord. Scrut. LL. cap. 9. Hotting. Anal. p. 118. Neand. Gramm L. ſanct. 408.* Ac *Erpenius* malebat Grammaticam Syriacam Hebraicis tradere characteribus quàm Syriacis. Quare autem *l'Empereur* docet præfat. illius Grammaticæ. Ceterùm pòſt deprehendi, *Waltonum* verba & ſententiam (de quâ loquor) è *Widmanſtadii* præfatio-

ne desumpsisse vid *ibi* p. 43. 44. Porrò Jacobũ Syrum & *Ephremum* universam scripturam commentariis illustrasse, ex veterum testimonio constat. vid. *Gregor. Nyssen. in vit. Ephrem. Sozomen.* Histor. Eccl. III, 15. Hebedjesu num. 6. Inde colligunt, extitisse tùm adeò Scripturæ versiones. vid. Præf. op. Paris.

Qui vero ab initio *libri*, quo ceteri *ordine*, & à *quibus* translati sint, è mundi memoria ferè abiit.

Syrorum traditio est, Salomonis libros, ceterosque qui ante ipsum scripti fuerant, *Hirami* rogatu, Salomonis jussu translatos esse; reliqua cum Veteris tùm Novi Testamenti scripta sacra *Abgari* regis Syri providentiâ, Adadi verò (seu Thaddæi) & aliorum Apostolorum curâ. Ita *Soadedus*, Episcopus Hadtensis refert. Verba ejus legere est apud *Gabrielem* Sionitam præf. Psalter. Syriac. *Autorem* præfat. operis Paris. *Hottingerum* Thes. Philol. p. 266. *Ecchellensem* not. ad Catal. pag. 78. Confer. Gregor. Bilfar. Histor. Acab. p. 18.

Sed *Soadedi*, si quid tale scripsit, testimonium vel aliâ traditione succutitur. Eâ nempe, quæ vult omnem versionem *Abgari* tempore confectam esse. Hanc *Sionita* refert l. c.

Quodq; de Salomonis tempore traditum est, nullo negotio refutatur. Siquidem certum est, ante Christi tempora nullas versiones inter Judæos notas fuisse, præter Onkelosi & *Jonathanis* Paraphrases & Græcam LXX. Walton. *dissert. de LL. Orient. pag. 67.*

Imò *Jesudad*, ipsissimus *Soadedus*, apud *Ecchelensem* tradit: Alios de *Samaritanâ* versione hoc intelligere. vid. *Morinus.*

Quomodo vero *Samaritanum* idem sit quod Chaldaicum, uti Ecchelensis contendit, equidem non perspicio, uti nec quâ specie dicatur: *Salomonem Hiramo unà literas Syriacas, à se quidem inventas, tradidisse*, quod Jesudad locô citatô perhibet.

Sed & *Syriacarum versionum haud* una est. Ecchellensis tradit: *Syrorum Orientalium versionem Hebraico V. T. textui consona-*

re; Occidentalium verò versionem *geminam* esse, *Simplicem* alteram, & ex *Hebræô* sive *Thaddæi*, sive *Salomonis* tempore factam; alteram ex *Græco* Septuaginta Interpretum, multô post natum Christum tempore concinnatam. Hæc Gregorii *Abul-Faragii* sententia est, apud *Hott.* diss. p.162. f.

Ejus, quæ ex Græcô facta est, meminerunt:

Arias Mont. admonit. de N. T. Syr.

Masius præfat. in Josuam p.6. ubi fidem facit: *Se habuisse libros V. T. ante annos* tunc *ferè mille ex Græco in L. Syriacam versos.* Quod quô argumento probet, equidem non divino.

Altera, quæ *ex Hebræo* est, solam Syri usurpant.

Maronitæ nempe, *Nestoriani*, Jacobitæ, &c. Testis est *Gregor. Scholiastes*, quem Bootius in Indice Animadv. Sacr. laudat.

Etiam *Maraba magnus* totum V.T. ex Græco transtulit. Testis est Hebedjesu Catal. libr. Chald. numer. LXVI.

Antiocheni verò interpretis

Cornel à Lapid. præfat. in Pentat.

Thes. Ambros. introduct. p.95 b. f.

Tandemque alii sunt, qui velint *Mosen Barcepham* & ex Hebræô & ex Græcô LXX. interpretum divinas literas vertisse *Præf. op. Paris.*

Nonnullas *editiones* pro *Scribarum* studiis & commodis, ex diversis versionibus contextas & interpolatas esse, *Ecchel.* p.82. concedit.

Itaque vix aliquã antiquarũ versionũ integrã obtinere dabitur, Damus sanè antiquissimis temporib. novi Testamenti Syriacè lectos esse sacros libros, sed nostros eos esse, in quos e.g. *Jacobus Syrus* Nisibensis & Ephrem commentati sunt, uti Præfatio operis Paris. habet; vel eos, quos Græci Latinique Pa-

res citant, equidem non ausim affirmare, uti *Walton.* facit, *diss.* p.67. fin.

Attamen *Gabriel Sionita* Psalterii versionem Syriacam, quam quidem ipse edidit, ceu *ipsis Apostolis antiquiorem* venditare non dubitat. Quippe quâ *D. Paulus* sit usus.

Quod enim Psalmo LXVIII. 19. legitur: *Accepisti dona*, Syriacè dicitur, *Dedisti dona hominibus*, planè uti Apostolus habet Ephes. IV. 8. καὶ ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις. Sed incertum hoc est. Potuerunt enim *Syri* Psalmorum Versionem ex Apostolicâ allegatione mutâsse, uti aliàs circà versiones Biblicas factum est.

Hoc certum est, *Veteris Testamenti Versiones Syriacas non variis* tantum *lectionibus, titulis, παρεισάγμασι* differre, sed & *totis contextibus.* Prout nempe à *diversarum* sectarum autoribus, *diversisq; ætatibus* confectæ sunt.

Sic *Psalterii* versionem aliam *Sionita* edidit, aliam *Erpenius*, aliam *Severus* in Rituali, allegavit. Similiter & *Novi Testamenti* non una fuerit editio. Vel, si non fuit, quædam tamen aliter ab aliis lecta sunt. Docebit hoc paucissimis Exemplis

COLLATIO.

Textus Græci	Vers. Syr. Viennensis.	Versionis Syr. olim allegatæ
Joh. III, 2. ἄνωθεν.	Denuò ܡܢ ܕܪܝܫ	[a] Desuper ܡܢ ܠܥܠ
4. δεύτερον εἰσελθεῖν καὶ γεννηθῆναι.	ܕܬܪ̈ܬܝܢ ܙܒ̈ܢܝܢ ܢܥܘܠ ܠܟܪܣܐ ܘܢܬܝܠܕ Ut duabus vicibus ingrediatur (*uterum matris*) & nascatur.	ܠܡܥܠ ܘܠܡܬܝܠܕ [b] Ut ingrediatur & nascatur.

[a] *Severus* Ritual. p. 33. Sic & vers. 7. [b] *Sever.* l.c.

Act. VIII,

Act. VIII. 62. τὸ πνεῦμα. | Spiritus ܪܘܚܐ | ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ [c] Spiritus Sanctus. *Ex.* 39.

34. δέομαί σου. | ܒܥܐ ܐܢܐ ܡܢܟ Obsecro te. | ܒܥܐ ܐܢܐ ܡܢܟ ܡܪܝ [d] Obsecro te Domine.

Hebr. II. 9. ὅπως χάριτι Θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γεύσηται θανάτου. | ܗܘ ܓܝܪ ܐܠܗܐ ܒܛܝܒܘܬܗ ܚܠܦ ܟܠܢܫ ܛܥܡ DEUS in bonitate sua. | ܣܛܪ ܡܢ ܐܠܗܐ [e] Sine DEO.

[c] *Sev*, l.c. ex verſ. 39. [d] *ev.* l.c. [e] χωρὶς pro χάριτι. Ita Neſtoriani teſte Theophylacto & Mſ. Heidelb. teſte Tremell.

Satis digreſſionum. Sequitur tandem

Hiſtoria Editionis Viennenſis.

I. Ocιaſio.

Miſſi erant ad Concilium *Lateranenſe* quod ſub *Leone X.* habitum eſt, etiam è *Syriâ* quidam. *Legati* tres erant, *Acurius Joſephus*, ſacerdos, *Moſes*, Monachus, Diaconus, *Elias*, Hypodiaconus. Hi *Theſeum Ambroſium* Syriacas docebant literas, ut ipſe paſſim indicat. Is itaque *XV. annis* Syriacis Evangeliis operam dederat in Cœnobio Auguſtin. Bonon. eamque ſenex *Widmanſtadio* commendabat quam maximè.

Hic cum curis iisdem diu agitatus eſſet, (vid. *Fag.* præf. ad Paraphr. Chald.) Moſen Meredinæum offendebat, ejusque *negotium* (de quô ſuprà ſatis dixi) ſtudioſè tractabat. Vide *ipſius Widmanſtadii præfationem*, ubi ambitioſius iſta narrantur.

II. Typi & impreſſio.

Negotio ſuccedente, *Typi* primùm confecti ſunt ſcripturæ Syriacæ. Eos è *Norici* ferri acie Svevus quidam ſculpſit, cui Caſparis Craphti nomen, Elvanga patria erat. Typographus, *Michael Cymbermannus* erat. *Opera* ipſa anno Domini CIↃ IↃC. LV.

LV. Viennæ Austriacæ *cœpta* est. Et *finiebatur* Evangelium S. Matthæi ejusdem anni mense Februario, die 14. vel, quod idem est, Anno Æræ Alexandræ 1866. dies Sebat. Ita *clauf. Evang. Matth. babet*. Toti verò operi Colophon impositas die XXVII. Septembris ejusdem anni. *Clauf. N.T.* & *Widm.* ep. ad Gjengerum. *Exempla hujus Codicis* mille facta sunt. Atque ex iis *quingenta* Ferdinandus Imperator ad se recepit, *trecenta* duobus Patriarchis, Antiocheno & Maronitæ destinavit, Mosen verò cum *ducentis* exemplis & viginti taleris dimisit. Sic ille *epistol.* VI. Ast *Masius* ad epistolæ marginem notavit, Mosen *toto biennio 700. florenos à Rege habuisse*.

III. *Editores & Authentica Exempla.*

Editioni verò præerant & *Moses* & *VVidmanstadius*. Qui ipsi *ingeniosas* & *eruditas* operas suas vocant *ad finem Evangeliorum*.

Sed *Johannem* quoque *Lucretium* socium operis fuisse, Philippus Gündelius in Carmine ad VVidmanstadium subindicat. His quidem verbis.

Tantum, Lucreti doctissime, praestitit orbi
Ingenium, variâ quod colis arte, tuum.

Addunt alii *Gvilielmum* quoque *Postellum*, de quô vid. *Widm.* præfat. p. 29.

Editionem è *duobus Exemplaribus* facta esse, ad Evangeliorum finem, Moses *Syriacè*, VVidmanstadius *Latinè* testatur; Sic & in *limine Evang. S. Matthæi*. Horum Exemplorum alterum procul dubio *Mosis* fuit; alterum *VVidmanstadii*. *Mosaicum Mozale* scriptum erat, *Masio* teste in Dedic. Gramm. Syr. Vid. Eqist. 11. *VVidmanstadinum Thescei Ambrosii* erat, aut *Lactantii Ptolomæi*. Utriusque enim *Apographa* VVidmanstadius habebat. Præfat. p. 22. Sed quatuor duntaxat Evangelia complectebantur. *ibid.* De *Ambrosiano* etiam Codice *Friedliebius* noster disertè scribit: *Theseum ipsum ejus autorem fuisse, & per XV. annos operam in eâ elaboranda dedisse, atque elaboratam posteà Widmanstadio insinuâsse*

nuasse. Mox tamen subjicit: *Nullum fide dignum scriptorem meminisse. unde eam Theseus acceptisset. Proleg.* V. T. sect. 7. § 3. Sed est, quare de Thesei fide nihil dubitem.

Mirum tamen, duo illa exempla adeo consona fuisse, ut nullibi aliter lectum sit. An *variæ lectiones* studio omissæ sunt?

IV. Defectus.

Desunt etiam Editioni huic non *versiculi* tantùm, sed & *integri Libri.*

LIBRI hi sunt: Beati *Petri* epistola altera, B. *Joannis* secunda & tertia, B. *Judæ* Thaddæi unica, & B. *Joannis* Apocalypsis. De his *Widmanstadius* in limine epp. Catholicarum: *Etsi essent ap. Syros, tamen in Exemplaribus, quæ secuti sumus, deficiunt.*

Versiculi, qui aliàs desunt, vel planè defuerunt exemplis Editorum, vel per incuriam ipsorum omissi sunt. *Horum* aliquod est, quod Moses ipse in Exemplari meo propriâ manû ad marginem Act. XXII. 11. annotavit. Scripsit enim ibi addenda esse verba: ܐܚܕܘܢܝ ܒܐܝܕܝܗܘܢ ܗܢܘܢ ܕܥܡܝ ܗܘܘ: *Prehenderunt me manibus, qui mecum erant. Illorum* nonnulla recenset in *Catalogo Erratorũ.* Suntque Matth. X, 8 XXVII. 35. Luc. XXII, 16. Joh. VIII. Historia Adultera. De quibus *Widm.* in obtestatione ad Lectorem: *Propter pauca, inquit, quædam loca inter typographicas Emendationes notata hoc signo* * *in quibus libri Syrorum à nostris discrepant, vel ob Historiam Adulteræ ap. Joannem, quod & in Græcis Exemplaribus non infrequens est, prætermissam, opus totum per calumniam ne reprehendito.*

V. Errata Typographica.

Intereà non pauca irrepserint *menda* in editionem hanc.

a. *Masius* certè non semel de iis conqueritur. Nam *Pecul. Syr. p. 2. col. 2 sic habet: Certè locus ille* (Rom. IX. ex Esaiâ desumtus) *alioqui mendosus videtur in vulgatis ex Viennâ libris, quare consulatur exemplar aliud. Ibid. ad vocem* ܒܘܘܢܐ *Vox*

men-

mendosè scripta est 1. Cor. *VI. in vulgatis libris Viennæ.*

Epistol. dedicat. Gramm. Syr. ad Ariam: *uti Judæi ita Syri quoq; accuratissimo illo scribendi genere in solâ sacrorum librorum scriptura utuntur. Atq; UTINAM etiam usus fuisset ille librarius, qui in urbe Mozal ad flumen Tigrim exemplar illud N. T. scripsit, de quo id optimi & benignissimi Cæsaris Ferdinandi liberalitate & Mosis Mardeni industria typis est expressum, quod unum nos habemus.*

b. Ecchell. not: ad Hebed Jesu p. 71. Nec putandum est Masium tantum fuisse, ut proprio marte omnia puncta illa novo Instrumento adstruxerit & adpinxerit; Verum pro certo tenendum, eum sequutum fuisse, quem præ manibus habebat, textum; cui eas addidit vocales, quæ alicubi desiderabantur. Hinc autem factum est, ut infinitis promodum scateat mendis, editio illa Syriaca, *ac temerarium non esset assere, plus esse mendorum in sola illa N. T. Syriaca editione, quam in toto Parisinorum Bibliorum septilinguium corpore.*

c. Guido Fabricius Præf. in Ritaal. Severi, ubi de vetustissimo quodam N. T. Syriaci exemplari agit: *Se eo usum esse tum in conferendis, tum restituendis quamplurimis locis in editione Viennensi vel diminutis, vel perperam impressis. Moses* quidem in *erratorem Catalogo fatetur se* absoluto Novi Testamenti opere operas Typographi cas denuò contulisse ܥܡ ܐܚܪ̈ܢܐ ܟܬܒܐ *cum aliis libris* & reperisse nonnulla *Loca*, quæ deficerent. *Et emendavi*, inquit, *illa in præsenti exemplari: Tu verò quemque eorum locorum invenies, quò capite, quo foliò, quôque versu, (hoc est Lineâ) &c.*

Postilla nonnisi *XXII. mendorum* meminit. In quibus quatuor loca sunt, de quibus paulò superius dictum est. Hæc ex *Evangeliis* annotaverat. Ex Epistolis nonnisi XIV. sphalmata consignavit.

Sed multò plura sunt. Quæ nescio an *scribæ*, an verò *editoribus* imputanda sint.

6. Accessoria.

Jam præter *sacri textus versionem*, etiam alia invenies, quæ Syriacè adjecta sunt. *Prælimimaria* videlicet, seu *Auspicia* & *clausulas* librorum, *Titulos Lectionum*, *Emblemata*, eorumque Inscriptiones.

a. *Auspicia & coronides* librorum.

Ex *auspiciis* & *coronidibus* hinc inde decerpsi, & indicavi, quæ videbantur Historiam hanc illustrare.

De cetero, *Sanctorum memoriæ* & *invocationes* hîc passim deprehendũtur. *Coronidem* Evangelii *Matthæi* in hunc modum finit Moses: ܗܘ ܕܘܟܪܢܐ
ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܡܪܬܝ ܡܪܝܡ.
ܘܕܟܠ ܩܕܝ̈ܫܐ ܕܝܫܘܥ
ܐܠܗܐ ܐܡܝܢ. *Est hac memoria genetricis Dei Mariæ Sanctorumque Jesu Dei nostri, Amen.* Iisdem propè verbis & *Coronidem* epist. ad *Hebræos* obsignat. *vid. Lect. 1. Joh. III. 2.*

b. *Tituli Lectionum.*

De *titulis Lectionum* Petrus Paulus *Vergerius* Tom. I. Operum p. 202. Sic habet: *A Mose Meredinæo audivi, Joannem Lucretium, præter Evangelium Syriaca lingua scriptum habuisse seorsum aliquot folia, etiam Syriacè; Sed quæ ipse Moses apertè videret fuisse non multorum annorum, Lucretium tamen ea quoque curasse excudi, unà cum ipso Evangelio, testatumq; fuisse in suis præfationibus, ea non multò post Apostolorum tempora scripta fuisse. Quæ indicem continebant, qualem solent Papistæ affigere editionibus N. T. hoc est, quodnam fragmentum Evangelii debeat legi in die dedicationis templorum, in die mortuorum, in festo Virginis, & aliquorum Sanctorum, nugæ in summa &c.*

Quod fortè *odio* scriptum est, uti *J. E. Gerhardus* ante me conjecit. Disp. III. qu. 1. Qui non temerè arbitratur: *Titulos istos Lectionum post adornatam jam versionem Syriacam à Patriarchis Alexandrinis additos fuisse.* Quicquid habendum sit de istis *Fr. Junii* (tanti viri) verbis: *In vetustissimis Exemplaribus*

ne apicem quidem iſtarum rerum comparere ; in recentioribus quoq; multis adſcriptas eſſe additiones iſtas ad finem librorum, idq; alienâ manû. Animadv. in Bell. controv. p. 449.

Vergerius iſte, nuncius quondam Pontificis erat, & Epiſcopus Juſtinopolitanus Pôſt noſter factus eſt vid. *Seid.* libr. XXI. Meminit illius etiam *Moſes* ep. VI. a. lin. 6. à fin. & b. lin. 13. à pr. Fidem ergò ejus rei facere poterat. Sed *Moſes* epiſtol. IV. b. lin. 3. aliter habet. Nempe ita: ܣܦܝ ܟܝ ܬܘܬܬܝ Capituli ܟܠܗܘܢ ܩܦ̈ܐܠܐ ܐܝܟ ܛܟ̈ܣܐ ܕܥܕܬܐ ܕܝܠܢ ܗܘ ܟܬܒܬܐ ܘܐܡܝܢ ܢܦ̈ܩܐ ܕܐܬܐܡܪ ܐܝܬܝܐܬܐ ܡܢ ܡܘ̈ܬܐ ciarar piu vero, non ſo altro ܢܘܢ ܣܘ ܐܠܬܪܘ *Scito, quod omnia capitula ſecundum ordinem Eccleſiæ noſtræ* (Jacobitæ) *ſcripſerim. &c.*

c. Emblemata.

Tandem invenies paſſim *imagines cruciatas*, quibus principia & fines librorum ornantur. *Crucem Andreanam* ſcilicet, *Conſtantinianam*, & *Erectam.*

Andreanam ad finem Matth. Marc. Luc. Actor. & Epiſtolarum Pauli. *Conſtantinianam* ad finem Luc. Johann. Epiſtolarum Pauli, & ad princip. Act. & Epiſt. Cathol *Erectam* ad finem Matth. Marci, Lucæ. Ex his *Andreana* inferius Cherubino, ſuperius tribus differentib. Coronis inque medio circà flexuram corde flammante ornata eſt. Ex quoque corde quaſi vox Græca ΒΑΣΙΛΕΥΣ exit. Illud verò *inſigne Conſtantinopolitanum* eſt. Autor *Belli Turc.* V. 10. diſertè tradit, Conſtantinopoleos inſigne fuiſſe crucem auream in Campo rubro unà cum quatuor flammis, quadrigeminum Beta figurantibus, q. d. Βασιλεὺς Βασιλέων βασιλεύων βασιλέων. *Rex Regûm, qui regibus imperat.* Tres coronæ tergeminum regnum ſignificabant, *Adrianopolitanum*, *Conſtantinopolitanum*, *Trapezuntium*: Theodori, Balduini, Alexii.

Præ-

Præthereà *Christi imaginem* ad finem Epist. Pauli habes, & crucifixi, in limine Evangelii Johannis. Syriaca, quæ passim adscripta sunt, facilia intellectu sunt.

7. Repetitio editionis.

Ceterum exactâ editione hâc, plures ex illâ factæ sunt. Prodiitque illa ipsa versio cùm sub charactere *Syriaco*, tùm sub *Hebraico*, tùm etiam utroque.

Hebraico charactere seorsim edita est

Heidelbergæ à Tremellio, Anno 1568. fol.

Antvverpiæ à Plautino, Anno 1575. Sine punctis, & in formâ minusculâ. vid. Neandr. Geogr. p. 37. a.

Parisiis Anno 1584. in quarto. v. Franz. interpr. Scr. p. 84.

Hamburgi ab Elia Huttero in opere XII. LL.

Syriaco.

Cotbenis Anhalt. à Trostio, Anno 1621 4t. seorsim cum lat: vers.

Parisiis, à Guid. Mich. le Jay. Anno 1645. in opere Biblico Heptaglotto.

Londini à VValtono. Anno 1653. in opere Biblico Polyglotto.

Hamburgi ab Ægid. Guibirio Anno 1664. in 8v. Heic additæ sunt deficientes prioribus editionibus *Epistolæ* Petri, Johannis & Judæ, quas Pocockius Anno 1630. seorsim ediderat, & *Apocalypsis* Joannea, quàm Lud. de *Dieu* Anno 1627. luci exposuerat. Idem *Gutbierius* Editionem hanc suam integrè *punctis*, tàm *diacriticis* quàm *vocalibus*, vestivit.

Antverpiæ à Guid. Fabricio Anno 1567. in opere Regio Hispan. Anno 1620.

Utroq;.

Genevensis editionis Neander meminit Geogr. p. 37. a.

8. *Variæ lectiones hujus ipsius versionis.*

Ast intereà dum toties recusa est *versio* ista, etiam VARIE LEGI cæpit. Ac variatum est non circà *voces* tantùm, & *contextus*, sed & circa *Puncta*. *Vocum & contextuum* lectiones varias *Trostius* dabit; *Punctorum*, Gutbierius in app. Lex. Syr. & in Notis Critic. in N. T. Syr. *Illæ* è *Manuscriptorum* & *priorum* editione diversitate natæ sunt; HÆ ex incertis *autoritatibus* illorum, qui singularem Linguæ hujus cognitionem habere videbantur. *Mosen enim Mardenum Widmanstadius* sequebatur. *Masius* & *Waserus*. v. *Mas*. præfat. Gr. Syr. *Waser*. præfat. Gr. Ar.

Boderianus Manuscripta & *Postellum*. vid. Guid. præfat. T. V. op. Reg. Hisp.

Ludov. de *Dieu* Georgium *Amiram* & Gabrielem *Sionitam*, Victorium *Scialac*, Isaacum Sciadrensem, Abrahamum *Ecchellensem*, omnes Syros.

Buxtorfius quoque, Crinesius, Erpenius, *Pocockius* suas proculdubio habuerunt ambulones, sicubi ab aliorum punctatione recedunt. *Tremellius* Hebraica sequebatur præcepta. *Hott*. Gr. Ch Syr p. 168. Hinc *Grammaticorum* & *Lexicographorum* discrepantiæ. An autem discrepantes illæ *punctationes* pariter habendæ sunt, equidem non arbitrabor Gutbierius scribit: *Collationem potius mereri quàm Censurā*. Præf. Lex. Syr.

L'Empereur: *Fortassis diversa diversis locis pronunciatio obtinuit*. ap. Hott. l. c.

Hottingerus: *vix dubito, quin Syri, ut multa alia, hanc ultimas quasdam absorbendi vocales consuetudinem, ab Arabibus mutuarint* præfat Gramm. Chald. Vid. Gramm. p. 32:

Gutbierius: *Syriacam Linguam ipsâ ætate Christi suos habuisse Dialectos*, præf. Not. Crit. p. 3. (quas pronunciandi ratiōes vocat præfat. Lex. p. 2. fin.) vid. ib.

Ipse verò cum textum Syr. ad MSti Lugdunensis fidem in veteris (ut ait) punctationis honorē edidisset, ostendere simul voluit per Notas criticas, quo-

modo

modo *totum punctationis negotium* (& hæc verba illius sunt) *ad Anglicanæ editionis analogiam reduci possit, si quis eâ libertate uti velit, quâ post Raphelengium & Buxtorfium, Chaldaicæ V. T. versiones, quæ diversimodè olim punctatæ erant, ad Danielis & Esræ puncturam revocamus.* Hactenus ille.

9. Scopus edit. Viennensis.

Quare autem *Widmanstadius* & *Moses* editionem hanc tam sollicitè promoverent, non una, nec eadem amborum intentio fuit

Widmanstadii Scopũ ex ipsius verbis deprehendere est. vid pr.

Moses verò Ferdinandum laudat, quod *in gratiam Syrorum Jacobitarum* editionis impensas subministraverit. Sic ille ad *finem* Actorum & Epist. Pauli, & in *limine* Evangelii Matthæi.

Illud certum est, quod ad Syri instantiam liber editus, quodque non pauca Exempla Antiocheno Patriarchæ *muneris loco* missa sint. *Widm.* in lim. Evang. Matth. & postfat. p. 2. fin.

Michaël *Neander* refert Mosen ab Ignatio missum, *ut invento Mecœnate, qui sumtus faceret, scriptum illud exemplar typographia diffunderetur in Exempla innumera pro Christianis in Syria & Asia sub imperio Turcicô, Persico & Tartariæ degentibus.* Geogr. p. 37. a.

10. Latina versio.

Quis tandem *Versionem* istam *Syram* Latinè primus verterit, ferè dubium est. *Duæ* enim extant Versionis versiones. Una *Tremellii*, altera Guidonis *Fabricii*. *Tremelliana* anno CIƆ IƆ LXIX. prodiit, Henrici Stephani typis. Adornata jam anno CIƆ IƆ LXV. ut ipse Autor scribit. *Fabriciana* anno CIƆ IƆ LXXI. ceu pars operis Regii Hispanici prodiit. Scribitque Autor, illam Anno CIƆ IƆC LXVII octodecim mensiũ spatio à se confectam esse. Poterat uterque versionem adornâsse. Sed alterius in Religionis hypotyposi socii alteri plagii notam impingunt. *Genebrardus* videlicet *Tremellio*; *Rainoldus Fabricio*. vid. *Genebr.* - -

Rainold. Prælect. de libr. Apocr. CXVI p. 1464. confer. *Jun.* animadv. in Bellarm. contr. II. 4. num. 5. *Tirinus* verò Tremellio Primitatis gloriam ipse tribuit. Nec est quod *Possevinus* versionem *Ariæ Montano* & *Christophoro Plantino* tribuat, App. sacr. T. II. voc. TESTAMENTUM: Imò sibimet contradicit Tom. p. I. 695. voc. Guido. & Tom. II. p. 509.

10. *Masora.*

Ceterum Johannes Ernestus *Gerhardus* disp. II. de N. T. Syr. Qu. 3. refert, Codici Evangeliorum MSto., quod *Altorfi* habetur, Masorethicam observationem quandam ad calcem subnexam fuisse, quâ numerus *lectionum* & similiũ contineretur. Ea tradit toto Eglio contineri 78. *Sectiones*, quas autor ܫ̈ܡܡܡܐ vocat, 234. *Lectiones*, (ܩܪ̈ܝܢܐ) 9963. *Voces.* (ܡܠ̈ܠܬܐ)

Idem refert *Codicem Altorfinum* differre in multis à *Viennensi* & *Regio*. Et primò quidem in *Lectionum numero*. *Altorfinus* enim CCXXXIV. Lectines habet; *Viennensis* CCXLVII. Tantundem alii, qui ex eô recusi sunt. Deinde *Lectionum* quoque *Tituli*, tàm *rebus* quàm *verbis* differunt.

E. g:

Luc. IV, 14. *Vienn.* ܓܙܘܪܬܗ ܕܡܪܢ *Circumcisio Domini.*

Altorf. ܨܦܪܐ ܕܪܝܫ ܫܢܬܐ ܘܕܘܟܪܢܐ ܕܐܠܗܐ ܘܕܐܠܝܐ ܘܕܐܠܝܫܥ ܢܒܝܐ ܀ *Manè novi anni, & recordationis Dei & Eliæ atq; Elisæ Prophetarum.*

Ibid. v. 31. *Vienn.* Vesperâ Parasceves hebdomadâ quinti Jejunii (Non, ut Fabricius verterat: Ad vesperas feriâ sexta hebdomadis sextæ jejunii.

Altorf.

Altorf. ܒܪܡܫܗ ܕܥܪܘܒܬܐ ܚܡܫܐ ܕܨܘܡܐ

Crepusculo Parasceves quinti Jejunii.

Luc. VI. 36. *Vienn.* Vesperi IIII. feriam sept 1. Je præced. & de Patribus (Ita, *Widm.*)

Alt. ܒܪܡܫܗ ܕܐܪܒܥܐ ܒܫܒܐ ܕܨܘܡܐ ܀ ܩܕܡ ܨܘܡܐ

ܕܥܠ ܐܒܗܬܐ ܘܥܠ ܟܗܢܐ ܀

Ibid. v. 12. *Altorf.* Omit. v. ܘܡܫܝܚܘܬܗ

Luc. V. 27. *Vienn.* Nullum agnoscit titulum Lectionis.

Altorf. ܕܝܘܡ ܚܕܒܫܒܐ ܕܐܪܒܥܐ ܒܬܪ ܩܝܡܬܐ

Dominica IV. post Resurrectionis.

Conf. quæ in eandem sententiam idem *Gerhardus* habet in de Festis Oriental. Disp. IV. cap. 4.

II. Manu Scripta alia.

Ad Manuscripta pergo. Ex his primum esto.

a. *Altorfinum.* Scriptum hoc erat anno Græc. 1555. medio mense Haziran, feriâ quartâ. Ita enim ad calcem ejus itidem scriptum erat. Intellige *Epocham Seleucidarum Alexandrêam vel Antiochenam.* Ea añis 312. prior erat Epochâ vulgatâ Christi. Quare scriptio año 1244. die 15 Junii circiter absoluta est Non uti Gerhardus supputat *millesimo centesimo septuagesimo tertio.* Primũ enim Syrus non scripserat: *Anno millesimo quingentesimo,* uti Gerhard9 Latinè habet; Sed, uti ipse Syriaca verba è Manuscripto retulit: ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܚܡܫܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ ܘܚܡܫ ܕܝܘܢܝܐ *Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto Græcorum.* Deinde annus Seleucidarum millesimus quingentesimus neutiquam respondet *anno* æræ Christianæ 1173. nec circiter, Sed anno 1188. Observandum tamen & hoc est, quo *Tempus illud* Scriptionis non de totô opere intelligendum sit, sed de Complemento tantum Diversis enim temporibus scriptum fuisse, Gerhardus fidem facit:

Pri-

Prior, inquit, *majorque pars Codicis antiquâ scriptus est literâ, atq; à posteriore, sicuti charactere ita materiâ quoq;, hoc est scriptionis subjecto s. chartâ discrepat. Priori MSti. pars pergameno sive membranâ; Posterior verò papyro Turcica constat. Complementũ incipit à Job. XI. 48.* Hæc ille.

b. *Postellianum*. Quô *Guido Fabricius* usus est. Scriptum fuit anno Domini 1173. vid. Fabr. præfat. op. Reg. Hisp.

c. *Heidelbergense*. Ante non gentos annos scriptum. vid. Rutgher *Spey* Bopardianus, *Junius*.

d. *Vaticani* Masius meminit Pecul. p. 45.

e. *Florentina*. *Langius* enim Danus, cũ Catalogũ MSS. Orientaliũ Bibliothecæ Florentinæ conficeret, Evangeliorum Syriacorũ meminit, quæ ibi extarent, & verò Anno 727. scripta essent. Et aliorum, quæ anno Christi 586.

f. *Pocockiana*. vid. App. Op. Anglic.

g. *Carcusiense MStũ* Gregorius Syrus subinde memorat, in *Scholiis*. Refertque exempli gratiâ, ad Ps. CXXXVI. 1. in Exemplari Carcusiensi ܠܐܠܗ̈ܝܢ lectum esse, pro ܠܐܠܗܝ̈ܢ Sed Gregorius reprobat lectionem Carcusiensem, tanquam minus Grammaticam. Sic & ad Ps. CVII. 23. observat pro ܥܒ̣ܕܐ ܥܒ̈ܕܐ *gerentes negotium* ܥܒ̇ܪܐ ܥܒܘܪܐ *transeuntes transeundo* lectum esse in textu Carcusiensi, rejicitque & illud. *Dudlejus Loftusius* verò, qui primus Scholiorum Gregorianorũ particulam edidit, eamque Operi Anglicano inserendam commisit, Gregorii mente non penetrasse videtur hoc loco. Quod enim Gregorius scribit: ܩܪܩܦܣܝܐ ܥܒ̈ܪܐ ܥܒܪܐ ܬܚܘܡܐ ܐܘ ܒܪܝܫ hoc ipse vertit: *Carcaphiensis, transeuntes terminos, vel transitus in principio.* Cum vertendum esset: Carcaphiensis. *transeuntes transeundo, cum* (literâ) *RISCH* (quæ aliàs principium significat, sed non hoc loco.) *Sed non probatur.* Ceterum *Carcusiense* Exemplar, non à Cracoviâ nomen habet,

uti

uti ferè conjicit amicus; Sed ab oppidô *Carcuf*, quod Syri ܩܪܟܘܦ *Karkof*; Arabes قرقوب *Karkub* vocabant. Erat autem *Mesopotamiæ* urbs. Pòst ruina. vid. *Malat.* p. 361. *Teixera* p. m. 319.

12. *Autor Versionis, quæ Viennæ edita est.*

Atque utinam de *Autore* satis constaret. Sed olim non ita κενόδοξοι fuerunt, qui commodo Ecclesiarũ operam dabãt.

Adamus Contzen Widmanstadio tribuit. qu. 5. proæm. sup. Comm. in 4. Evangel. p. 9. Qui insignis memoriæ lapsus est.

Alii *Theseo Ambrosio*, ut suprà dictum.

Vergerius l. 3. contrà Hosium scribit: *Quæsisse se ex Mose Meredinæo, quem putaret scripsisse linguâ Syrâ Novum Testamentum illud, quod imprimendum erat; ipsum verò respondisse; Auctorem se ignorare.*

Postellus Fabricio per Epistolam referebat: *Syros ex Vitâ traditione affirmare, Marcum, Evangelistam, non suum duntaxat Evangelium, sed & ceteros Novi Testamenti libros, Linguâ patriâ, hoc est, Galilæa Syrâ vetranstulisse.*

Inde doctissimi etiam viri asseverant, *nos Marco debere Syriacos libros, quos nunc habemus.*

Ast id ex *Postelli* verbis ne quidem sequitur. Atque mirum est, quod *Moses bujus traditionis* inscius esset, & *autorem* se ignorare, profiteretur; Quodque *Gualtperius* scribat: Syri *Marcum esse Novi Testamenti Paraphrasten ex avitâ traditione constanter affirmant.* Syllog. voc. Exot. N. T. p. 1.

Salmasius tamen suam inde opinionem hausisse videtur, ubi scribit: Apostolos Syriacè scripsisse; *Græcum quem habemus textum, versionem esse.* Hell. 143. 258. f.

13. *Encomia.*

Sequitur, quanti tamen hanc versionem plerique fecerint. Sed imprimis commendatur.

1. Sanctitas, quod *Lingua*

 hæc

hæc Christo vernacula esset. Eamque sanctissimis labiis suis consecrasset. Waser Ideoque CHRISTIANAM Linguam vocant. *Widmanst.* præf. Elem. L. Syr. *Hott.* dedic. Gramm. Chald.

Ideò verò *versionem Syriacam cæteris præferendam esse*, nemo non judicat. vid. J. Alb. *Widmanstadiis* præfat. Elem. L Syr. VVolfg. *Franz.* de interpr. ser p. 46. Jac. *Martini* præfat. N. T. Syr. Otto *Gualtper.* Syll. voc. Exot. N. T. p. 3.

Commendatur.

2. Antiquitas, quòd vel ab Apostolis, vel ab ipsorum discipulis profecta sit. Eman. *Tremell.* præfat. Paraphr. N. T. *Nisi fortè* (pergit) *suspicari malimus, eos scribendo alienigenarum duntaxat rationem habere voluisse, suorum autem gentilium, aut nullam, aut certè perexiguam.* Id ipsum *Waserus* habet, in Not. ad *Gesn.* Mithrid. p. 131. b. conf. *Hott.* Anal. 104. B. Or. 282. f. *Walt.* p 67. *Erpen.* præf. Pent. Arab. *Widmanst.* præf. N T. *Fag.* ap. Neandr. p 408. Jac. *Martin.* præf. N. T. Lud. de *Dieu* præf. Harm. LL. Chald. & Syr.

Commendatur.

3. Puritas, quòd ex incorruptissimo textu fidelissimè tradita sit.

In hunc modum *Tremellius*: *Quod majori ex parte ex Archetypo Græco, eoq; antiquissimo fidelissimè expressa sit.* præf. Paraphr. N. T.

Gravius Franc. *Lucas*, Brugensis. *Hoc teneo indubitanter, Syriacum N T textum vetustissimi exemplaris Græci & qvidem ex primis, loco habendũ ac venerandum esse.*

Waltonus Proleg. op. Bibl. Polygl. *Ostendit versio Syriaca Novi Test. faciem nativam textus originalis, ejusq; integritatem testimonio suo confirmat. Græcum enim textum κτ̀ πόδα plerumq; sequitur.*

Commendatur.

4. Utilitas. Quòd quamplurium N. T. Græci phrasium verus sensus vix aliunde, quam è Syriaco petendus sit. Siquidem ipse textus non *vocibus* tantùm, sed & *Phrasibus Syriacis* scateat. Lud. de *Dieu*

Harm. LL. conf. *Glaſſ.* Phil. S. p. 1. 234. ſ.

14. *Quid alii de his teneant.*

Attamen iſta non omnib. ſatisfaciunt.

a Quare enim (ajunt) *Sanctitas* Syriacæ linguæ major ſit, quam Hebraicæ, aut *Ægyptiacæ*, aut *Græcæ*. Nam *Hebraica*, ſi quæ eſt, ſanctiſſima eſt. Eâ verò jam olim *Nazarenorum Evangelium* ſcriptum erat. Ac *Hebraicè* non minus locutus eſt Dominus. Imò & *Ægyptiacè*, ne cetera dicamus.

b. *Antiquitatem* etiam Syriacæ verſionis non quidem negant. Sed an hodierna antiquiſſima illa ſit, haud parum dubitant.

Non extat (inquit non nemo) *mentio ejus apud Doctores, qui in Syriâ & Ægyptô docuerunt, Origenem, Euſebium, Theophilum, Cyrillum, Theodoretum & alios. Unde certò colligi poteſt, eam longô poſt Chriſtianiſmũ firmatũ tẽpore eſſe compoſitam. Hoc & inde plus comprobari poteſt, quod in titulis & ſectionibus capitum mentio fiat venerationis crucis, precum pro defunctis, Vigiliarum, memoriæ ſanctorum, aliarumq́; ejusmodi rerum, quæ ſaltem poſt corruptum Chriſtianiſmum fuerunt invectæ.*

Quamquam ægrè militent hæc argumenta.

Syri enim utique *meminerunt* veteres, uti ſupra.

Ceteri vel mentionem ejus facere non poterant, lingvæ puta ignari; vel non opus erat. *Tituli* verò *lectionum* recentiores, & poſtremùm adjecti eſſe poterant.

Ceterum prius argumentum è *Bellarmino* deſumtum eſt. Unde etiam *Waltherus* deſum ſit, Off. Bibl. Bellarminus nempe de V. D. II. 4. hoc urget, quod nullus antiqvorũ Patrum Syriacæ hujus verſionis meminerit, licet vel in Syriâ, vel in Ægypto, aut Epiſcopi aut Presbyteri fuerint, & vel de variis Scripturarum editionibus accurate diſputarint, vel certe multa de Scripturis ſacris poſteritati reliquerint. Nominat etiam præter laudatos *Clementem Alexandrinum, Athanaſium,*

um, *Epiphanium*, *Hieronymum*, *Joannem Damascenum*.

c. De *Puritate* ferè dubitant, qui nôrunt multa esse, quæ aliter legantur in Syriacâ hâc versione, aliter in textu Græco. Sed hoc forte Interpretis vitium non fuerit.

d. De *Utilitate* aliàs jammodo agendum erat.

15. *Usus*.

Non itaque textui æquiparanda est. Hott. in de Heptapl.

Sed uti antiquissima illa Ptolemaica versio ex Hebræo emendanda est, *Coquæo* autore ad August. de C. D. XV. 14. Ita Syriaca hæc è Græco.

Attamen non parum prodest. Prodest *Syrorum* Ecclesiis, ut vulgò ibi nota sit Evangelii doctrina; Prodest *Nostris*, ut *Testimonium* habeamus, & indicinam, quomodo veteres quoque Syri Apostolorum scripta intellexerint.

Orientalibus Ecclesiis prodest ubicunque *Syriacè Sacra* celebrantur. *Syriacè* autem *Sacra celebrantur* passim in Asiâ. Imò & in *Africâ*. Et hoc inter *Nestorianos* æquà ac *Jacobitas* fieri solet. De *Nestorianis Vitriacus* testis est, Hist. Oriental. c. 77. ut & *Barbosa* apud *Ramus.* I. T. I. p. 313. *Villamontius* II. 23 *Boterus* Relat. III. 2. De *Jacobitis* iterum *Vitriacus* cap. 76. & omne *Mardeni* negotium. De *Coptis* Liturgia *Severi*, Patriarchæ Alexandrini. De *Christianis* per Indiam, *Osorius* de Rebus Eman. III. *Lindschotanus* I. 15. *Possevinus* & *Liturgia* Indorum, quæ, cum Syriaca esset, Latinè versa in Bibliotheca Patrum extat. De *Maronitis Postellus* de L. chald. *Villamontius* II. 24. *Possevinus* in Apparatu sacro, & Liturgiæ, quas Possevinus Petro, Jacobo & Sexto tribuit. De *Malabaranis* Trigaut. Expedit. Sin I. 11. De *Socotoranis Barros* de Asia Decad II. 1. 3. *Ananias* Fabric. del mond. tr. III. p. 292. *Boterus* Relat. III. 3. Præterquam, quòd Boterus refert, ipsos Hebraicè sarra celebrare. Illud tamen de Syriacâ quoque linguâ intelligendum est. *Brerew*. l. c.

Ceteri

Ceteri in Syriâ Christiani, *Melchitas* vocant, & *Syrianos*, Græcè sacra peragunt, testibus *Haythone* cap. 14. *Vitriac.* c. 75. *Breitenbach.* cap. de Surianis. Confer *Sionita* de Urb. & mor. Orient. c. 14.

Nobis verò usui est:

Primô, ut sciamus *Pontificium vernaculæ Linguæ interdictum* haud *œcumenicum* esse, sed particulare. vid. *Hott.* de Heptap. Paris.

Pòst, ut sciamus, quomodo *Veteres* Novi Testamenti oracula acceperint.

Antiqvus enim Scripturæ sensus è Commentariis Patrum quodammodò elucescit. Sed *versionis* major Autoritas. *Ecclesiæ* enim sensũ exprimit; Non *privati* alicujus Doctoris.

Abusus Exempla quædam.

a. Solent *Sociniani* nobis objicere, quod versiculus ille *Joannéus* de tribus in cœlo testibus in *Syriacâ* quoque, *antiquissimâ* secundum plerosque nostratium versione, non reperiatur. Sed vel inde colligi potest, versionem istam, si non castratam, certè non ita antiquam esse. Sunt enim *Patrum Commentarii*, satis antiqui, fuerunt Manuscripta satis antiqua, ubi planè legitur, quod his hominibus non placet.

b. Porrò *Bellarminus* Petri primatum etiam è Syrâ verborum Christi: *Tu es Petrus*, versione colligit. Contendit nempe Christum *Syriacè* locutum esse, adeoque Petrum ܟܐܦܐ *Cepham* Syriacè dictum esse à Domino; *Cepha* vero & *Petram* & *Petrum* dici, adeoque verbis: *Et super hanc Petram*, non tàm *Petri fidem* aut *fidei confessionem* significari, quàm *Personam Petri*. Vexatissimus est ille locus Matth. XVI. 16. Sunt qui *Confessionem Petri* intelligant. Hilar. Nyssen. Chrys. Cyrill. Alex. Ambros. (ut volunt) in Gal. IV. Sunt qui *Christum*. Aug. in Joh. tr. 27. 24. & serm. XIII. de verbis Domini sec. Matth. Sunt qui *Credentium cœtum*. Exemplo *Origenis* in Matth. Sunt qui *Petrum*. Laudatur hæc senten-

tia in *Clem. Romano*, *Hippolyto*, *Tertull. Cypriano*, *Epiphan. Nazianz. Basilio*, *Hieronymo*, *Leone*, *Juvenco*, *Psello*. In Concilio quoque *Chalcedonensi*. In ipsis denique Patribus, quos jamjam aliter sentire diximus. Non omninò temerè, si dextrè evolveretur sensus verborum Christi.

Ceterum Petrus Fundamentum Ecclesiæ ideò dici nequit, quia Christus dixisset: *Et super hunc Petrum.* Idque, quia ܟܐܦܐ *Cepha* tàm *Petrum* quàm *Petram* significet. *Verba enim Syriaca* (ita ipse *Bellarminus* loquitur de Euchar. l. II.) *rectius dicuntur exposita ab eò qui Matthæum Græcè confecit.* Græcè autem legitur: ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ, *Et super hanc Petram.* Imò Syrus ipse *Petri* & *Petræ* vocabula distinguit. Primùm enim legitur ܐܢܬ ܗܘ ܟܐܦܐ. *Tu es* (masculinè; non ܗܝ femininè) *Petrus.* Pòst ܥܠ ܗܕܐ ܟܐܦܐ & super *hanc* (femininè non ܗܢܐ masculinè) *Petram.* Itaque nullum Bellarmino subsidium præstat sive *Lingua* sive *versio* Syriaca.

c. Idem Lutheranos apertissimi mendacii arguit è capitum sive *Sectionum lemmatibus.* In iis enim mentionem fieri *Jejuniorum*, *venerationis crucis*, *precum pro defunctis*, *vigiliarum*, *memoriæ sanctorum* aliarumque ejusmodi rerum, quas Lutherani tanquam Romani Pontificis traditiones detestentur. (de verbo DEI, II. 4.) Respondet *Waltherus* in Officinâ Biblicâ & *Hottingerus* in Centur. Theolog.

Soli Deo Gloria.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-773407-p0051-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-773407-p0053-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-773407-p0054-2

Bd 763.
8

Sb

ULB Halle 3
007 398 247

VD17

ut.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-773407-p0055-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-773407-p0056-3

MÜLLERI

...NHAGII,

...ATIONES

...Æ.

...leno, una;

...acrorum Versioni-

... Antiochen Textus

...nti Editione,

...ra.

...DENBURGICÆ,

...ultzI, Elect. Typogr.

...673.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-773407-p0057-9